IO. IVSTI BOEHMII
VERBI DIVINI MINISTRI

COMMENTATIO THEOLOGICO-EXEGETICA DE INTERCESSIONE IESV CHRISTI SACERDOTALI

AD VARIA SCRIPTVRAE SACRAE LOCA
ILLVSTRANDA.

Von der Hohenpriesterlichen Vorbitte unsers Heylandes JEsu Christi.

CVM PRAEFATIONE
IO. GEORGII WALCHII
THEOL. D. AC PROF. ORD. SERENISSIMOR. SAXON. DVCVM MEINVNG.
ET GOTHAN. AC SEREN. MARGGRAVII BRANDENB. ONOLDIN.
A CONSILIIS ECCLESIASTIC. ET CONSISTOR. CIVIVM IN
HAC ACADEMIA MEINVNGENS. ET ONOLDIN.
INSPECTORIS.

IENAE, REC. LITTERIS RITTERIANIS, 1743.

L. B. S.

QVAM ſingularem induſtriam theologi noſtri ad doctrinam de ieſu chriſto, vnico atque optimo omnium hominum ſeruatore, non ſolum rite explicandam ſolideque probandam; verum etiam ab iis, quæ veritatum cæleſtium hoſtes obiiciunt, grauiter defendendam adhibuerint, ſatis luculenter egregia eorum ſcripta, quæ hanc in rem compoſuerunt ac publici fecerunt iuris, monſtrant, ſpeciatimque id eximiæ commentationes AEGID. HVNNII, IO. BRENTII, MART. CHEMNITII, IACOB. ANDREAE, GEORGII MYLII, LEON. HVTTERI, IOANN. SCHROE-

DERI, BALTHAS. MEISNERI, IVSTI FEVRBORNII, THEODOR. THVMMII, PETR. HABERKORNII, IOANN. CONRAD. DANNHAVERI, SALOM. GLASSII ac multorum aliorum, qui et ſuperiore et noſtra ætate floruerunt, omnino comprobant. Quæcumque enim ad articulum de chriſto pertinent atque a nobis ex ſcripturis ſacris de illo credenda ſunt, ſtudioſe illuſtrarunt ac nunc integram hanc doctrinam; nunc quamdam illius partem, ſiue ad perſonam; ſiue ad ſtatum; ſiue ad officium quoddam meſſiæ ſpectet, ſolide ac perſpicue explanarunt.

Ita ſane maxime vtilem et laudabilem præſtiterunt operam. Inter capita enim fidei noſtræ chriſtianæ illud, quod de chriſto exponit, omni iure principatum tenet; nec ab

vllo,

vllo, qui ſempiternam conſequi vult felicitatem, ignorari debet, quoniam ieſus chriſtus eſt vnicum ſalutis noſtræ fundamentum, 1 *Corinth.* III, 11. *Epheſ.* II, 20. *actor.* IV, 12. vnicus dei hominumque μεσίτης, 1 *Timoth.* II, 5. hincque et principalis ac communis ſcopus omnis ſcripturæ diuinæ: omnium illius librorum cum prioris; tum poſterioris fœderis, *Luc.* XXIV, 27. *Ioann.* V, 46. *actor.* X, 43. ac per conſequens ſumma ac centrum totius religionis chriſtianæ, adeo vt ſine chriſto demum nec rite cognoſcere; nec colere ac pie viuere poſſimus. Ille eſt, cui non ſolum noſtram iuſtificationem: veniam peccatorum: omnem gratiæ diuinæ reconciliationem; verum etiam vitæ ſanctimoniam debemus, quum hanc nobis adquiſiuit: hanc in nobis pro-

ducit, auget, conseruat, *Ioann.* xv, 5. 1 *Corinth.* 1, 30. *ebr.* ix, 14. ille est, ex cuius *plenitudine* nos accipimus χάριν ἀντὶ χάριτος, *Ioann.* 1, 16.

Prout autem, quod nunc breuiter obseruaui, doctrina de christo principem sibi locum inter articulos fidei vindicat ac cognitio illius ad salutem æternam impetrandam absolute necessaria est; ita eiusmodi in se continet veritates, quæ sunt graues ac difficiles, quæue multos ac varios aduersariorum impetus fuerunt expertæ. Sane qui historiæ ecclesiasticæ non plane expers est, probe scit, veritatum cælestium hostes nullum christianum dogma maiori studio impugnasse suisque commaculasse erroribus, ac ipsam de iesu christo sacram doctrinam. Nunc fuerunt, qui christum vere deum; aut hominem

nem esse, negarent: nunc, qui vinculum, quo duae naturae in christo ita sunt vnitae, vt vnam constituant personam, soluerent; aut naturas inter se confunderent: nunc, qui de statu aut exinanitionis; aut exaltationis minus recte sentirent: nunc, qui satisfactionem eius vehementer impugnarent. Quam conditionem quum articulus hic prae se ferat, recte agunt, qui in vberiore illius explicatione, probatione ac defensione sua studia collocant et licet non integrum; partem tamen illius quamdam, inprimis eam, quae ab aliis non copiose; nec distincte satis est explanata, ita enarrant, vt at illius faciliorem atque adcuratiorem cognitionem pariter; ac maiorem confirmationem quidquam adferant. Atqui operam eiusmodi

vene-

venerandus ac clariſſimus AVCTOR commentationis huius doctiſſimæ præſtitit et in ea grauiſſimum de *intercesſione iesu christi sacerdotali* argumentum eo modo ediſſeruit, vt propter ſolidam, diſtinctam ac perſpicuam tractandi rationem, quam adhibuit, laudari omnino debeat atque aliis commendari. Spes igitur eſt, fore, vt ſcriptum hoc vberiores fructus diuinioris doctrinæ cultoribus adferat, quod vt deus pro ſua benignitate efficiat, ex animo precor. Vale, beneuole lector, et mihi porro faue.

Ienæ d. XII. ſeptembr.
MDCCXXXIX.

IO. GEORGIVS WALCHIVS.

Σύνοψις.

INTERCESSIO *Iesu Christi digna est, quae diligentius perpendatur §. 1. referenda ad munus eius sacerdotale §. 2. quo functus in diebus carnis §. 3. saepius fudit preces cum clamore valido et lacrymis Ebr. V, 7. §. 4. e. g. ad Lazari sepulcrum §. 5. sanaturus mutum et praesagiens hierosolymae interitum §. 6. baptizatus §. 7. nec non in variis montibus §. 8. atque desertis* διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ *Luc. VI, 12. §. 9. praeprimis vero peculiari sua oratione sacerdotali Ioh. XVII. 1. seqq. §. 10; vti et in oliuarum monte Luc. XXII, 41-44. §. 11. inque ara crucis Luc. XXIII, 34. §. 12. instar patroni catholici §. 13. interpellatione efficacissima §. 14. ad patrem immo sacrosanctam trinitatem directa §. 15. quouis tempore exauditus §. 16. orans non sui, sed nostri caussa §. 17. vt videlicet nobis exemplum §. 18. gratiam et benedictionem suppeditaret §. 19. Sicut igitur in terra versatus rogauit §. 20; ita semper Christus viuit ad intercedendum Ebr. VII, 25. §. 21. Haecce intercessio definitur §. 22. vt vera §. 23. ac propria §. 24. formalis, realis, oralis §. 25.* Θεανδρική *§. 26. non humilis §. 27. sed maiestatica §. 28.* ἱλαστική *§. 29. ardua ac maxime necessaria §. 30. goëlica §. 31. fidelissima §. 32. 33. amantissima §. 34. salutifera §. 35. cuius modus etsi descriptu difficilis sit, in sacris tamen pandectis aliquatenus reuelatus §. 36. quippe quo patrocinio ob oculos ponit patri solutum meritum §. 37. vt eius meminerit §. 38. meliora loquens Abelis sanguine §. 39. videlicet non vindictam, sed gratiam §. 40. redemtionem §. 41. absolutionem §. 42. liberationem a malis §. 43. more aduocati §. 44. et* παρακλήτου *§. 45.*

A *iusti*

iusti 1 Io. II, 1. 2. §. 46. vocati ad hoc officium §. 47. quo quidem nomine et pater 2 Cor. V, 18. 19. §. 48. ac spiritus sanctus insignitur Io. XIV, 16. §. 49. sed diuersa plane ratione. §. 50. delineata §. 51. Christus vnicus μεσίτης inter deum et homines existit מליץ dictus §. 52. cuius interpellatio λύτρῳ exhibito nititur §. 53. qui iussus postulare Psalm II, 8. §. 54. immo vocatus aeternus sacerdos. Psalm CX, 3. §. 55. cuius partes iam subiit post lapsum humani generis §. 56. reali, puta, intercessione §. 57. qua bene cupiit patriarchis, Adamo, Noae §. 58. Abrahamo eiusque semini §. 59. Israëlitis §. 60. promissus instar Mosis, Mose illustrior §. 61. sacerdos fidelis, 1 Sam. II, 35. sacrificium precum offerens pro Hierosolyma et Zacharia §. 62. idque validissimum, efficacissimum §. 63. concilians nobis appropriationem salutis adquisitae morte eius §. 64. 65. pontifex dictus secundum ordinem Melchisedeci, non Aaronis §. 66. vniuersalis §. 67. pro malis probisue intercedens §. 68. 69. cuius interpellationi generalius priuatio a malis ac condonatio bonorum adscribenda §. 70. specialius iustificatio peccatoris §. 71. 72. missio atque vnctio spiritus sancti Io. XIV, 16. 26. §. 73. purificatio cultus nostri Apoc. VIII, 34. §. 74. eiusque sanctificatio §. 75. liberrimus ad thronum gratiae accessus §. 76. absque seruili timore §. 77. sed μετὰ παῤῥησίας §. 78. perseuerantia in fide §. 79. absolutio in extremo iudicio §. 80. 81. benedictio §. 82. 83. grata mentis tessera aestumanda §. 84. debitaque imitatione §. 85. qua regale sacerdotium decet §. 86. intercedendo pro aliis §. 87. orando nomine Christi §. 88. id quod praecipue doctorum ecclesiae est §. 89. qui dicti ideo intercessores apud deum §. 90. Denique Christi deprecatio non solum ὑπόγραμμον praebet §. 91. 92. sed et εὐωδίαν Eph. V, 2. §. 93. isque diuino cultu honorandus §. 94. reiectis dubiis §. 95. angelis §. 96. sanctis, patronis §. 97. quos omnes longe antecellit §. 98. 99. existens angelus intercessorum millenis aliis maior excellentior, illustrior §. 100.

*** *** ***

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

§. I.

HAVD raro pro-dolor! euenit, vt summa ac maxima beneficia diuina aut plane silentio praetereamus, aut fugitiuo saltem lustremus oculo. Huc non immerito referendum est arduum illud nobisque mortalibus salutare negotium intercessionis carissimi nostri seruatoris; quippe quod diligentius omnino atque altius, quam fit plerumque, perpendi, immo imis animorum nostrorum medullis infixum quouis tempore haerere deberet. „Nec enim vlla est dulcior consolatio quam cognosce-„re, Christum pontificem et interpellatorem esse pro nobis. *a*)

§. II. Istam autem interpellationem ad summi nostri redemtoris munus sacerdotale pertinere, quis est, qui ibit inficias? hocce duabus praecipue partibus absoluitur, satisfactione nimirum pro hominibus atque intercessione. *b*) Satisfactio consideranda partim

actiua,

a) Verba sunt MELANCHTONIS in *ep. ad rom. c. 8. p. 225.* quocum consentit LVTHER. *tom. VI. Altenburg. fol. 251. b.* Ist nun die Summa aufs kürtzeste gefaßt, daß Christus unser Priester ist, und selbst für uns trit, das ist unser Haupt-Articul und der Brunn alles Trostes und Schatzes, davon wir Christen wissen; et tom. IV. Witteberg. germ. fol. 291. a. daher laßt uns Trost schöpfen, frölich und guten Muths seyn, und mit festen Glauben schliessen, daß, für welche der HErr Christus bittet, die werden freylich genesen, und erhalten werden wider des Teufels Toben und Wüten, dazu der Sünde und allerley Anfechtung: nec non DANHAVER. *lact. catech. part. V. conc. 23. p. m. 870.* Die hohepriesterliche Fürbitte Christi JEsu ist einer von den höchsten, trostreichsten Articuln unserer Christlichen Religion. Caeterum dissertationem de aduocatione Iesu Christi conscriptam et editam a D. IO. OLEARIO Lips. 1688. 4. passim allegatam legimus, quam vero lustrare oculis potestas non facta fuit.

b) DORSCHEVS *pentadec. disput. 2. de sessione ad dextram Dei thes. 57.* Sacerdotale officium duo potissimum complectitur 1. ipsam oblationem sacrificii infiniti pretii deo factam, quae ad satisfactionem refertur; et

actiua, qua se seruator mundi subiecit legi, quam pro nobis totam impleuit, nosque ab eius maledictione redemit. Gal. III, 13. c. IV, 4. 5. Rom. V, 19. c. VIII, 3. 4. Matth. V, 17. 18; partim passiua, qua semet ipsum patri obtulit victimam pro delicto Ies. LIII, 10. ita, *vt misericors esset et fidelis pontifex princeps, qui expiaret peccata populi* Ebr. II, 17. Sicut itaque cuiuslibet summi sacerdotis quondam erat, non offerre tantum sacrificia; sed et orare pro populo, illique bene precari; ita Christus quoque, quem illi adumbrarunt, c) vtrumque praestitit studio longe consummatiori *vocatus a Deo, quemadmodum et Aaron* Ebr. V, 4. *vnicam pro peccatis offerens hostiam, qua consummauit in perpetuum eos, qui sanctificantur* c. X, 12. 14. *nec transiens habet sacerdotium, semper viuens ad intercedendum pro illis. d)* c. VII, 24. 25. Vnde grauissimum emergit intercessionis negotium, quo perfunctus mediator noster orauit, immo orat adhuc.

§. III. Orauit, inquam, in diebus carnis suae, ita vt de eo quoque verum sit id, quod praedictum Psalm CXVI, 2. *in diebus meis inuocabo, e) preces aeque ac supplicationes ad eum, qui ipsum seruare poterat ex morte, cum clamore valido lacrymisque offerens et exauditus ex reuerentia* Ebr. V, 7. Vbi, vt eo felicius apostoli de hac re disserentis mentem ac scopum adsequamur, paucis ὡς ἐν παρόδῳ notandum, Paullum tota hac epistola id praecipue agere, quo ebraeos ad

et 2. intercessionem apud deum patrem vigore factae sacrificationis et satisfactionis, quae intercessio includit quasi specialissimam et intimam insinuationem in coelis perennem ipsius sacrificii et vniuersae obedientiae Christi. Illius ergo infinitae pretiositatis, oblationis et huius perennis intercessionis immediatae intuitu Christus dicitur sacerdos in aeternum, conf. sis RECHENBERG. *append. in LL. symbol. cap. VII. §. 7. p. m. 148. et* BVDD. *institut. theol. pag. 813. §. 35.*

c) Typos fuisse pontifices V. T. Christi antitypi excellentioris, recensere supersedemus; otia hic nobis faciunt LVNDIVS in Jüd. Heiligth. *lib. III. c. XXV. fol. 514. seqq.* VALER. HERBERGER *magnal. fol. 451. seq.* GLASSIVS *philol. lib. 2. part. 1. tract. 2. Sect. 4. artic. 5. p. m. 225.* D. LANGIVS *idea systematis apostol. et euangel. de Salutis oeconom. in Christo, proposit. 12. §. 23. p. 176. seqq.*

d) Vid. D. IO. BENED. CARPZOVII differt. *de vocatione Messiae ad Sacerdotium Lips. 1689.*

e) THEOPHYLACTVS in *Ebr. V, 7.* hunc textum, commentatur, Apostolus a Dauide desumsit, qui dicit Psalm CXVI, 2. et in diebus meis inuocabo; totum enim psalmum ad Christum refert.

ad fidem conuersos, christianam tamen libertatem ritibus leuiticis, quibus abs teneris vnguiculis erant imbuti, postposituros in verum reducat tramitem; condocens, cultum istum non nisi vmbras futurorum exhibuisse, quae corpore praesente cessarent, nec caerimoniarum neglectum, vti persuasum habebant, vllum attrahere detrimentum. Quum vero de antiquitate et praestantia cultus leuitici multa in medium attulissent iudaeorum doctores, quibus animi fidelium non mediocriter commoti videbantur, suum quidem honorem Mosi, Aaroni eiusque posteris deberi, profitetur; sed multis tamen parasangis a Christo, eiusque doctrina ac munere superari, contendit. Qua data occasione apostolus Iesu sacerdotis prae Aarone praestantiam inuictis rationibus demonstrat v. 6. Quo factum quoque esse, duco, vt hic adhibuerit verbum προσφέρειν, cuius sensus proprie sacrificialis, denotans hasce Christi preces non ad officium sacerdotale tantum pertinere, sed et ad sacrificium ipsum, *f*) quas, quamdiu corporis hospitio inter mortales vsus fuit, fudit.

§. IV. Summo caeterum ibidem studio vocat δεήσεις καὶ ἱκετηρίας per illas indicans deprecationes pro auersione omnium malorum; per has vero supplicia vota pro impetratione quorumcunque bonorum, quae suscepit *cum clamore valido et lacrymis*, h. e. maximo studio, et commotione animae, minime ad speciem; multo ardentius quam omnes caeteri homines, et hoc quidem *in diebus carnis*, vbi exinanitionis suae status dicuntur *dies*, quoniam eadem non in aeternum sed aliquantisper durabant, *carnis*, quia eadem tempestate erat aequalis caeteris mortalibus Ebr. II, 14. Phil. II, 7. Rom. VIII, 3. ita, vt paucis multa dicat, ablegaturus nos ad totum Christi vitae decursum, in quo varii huius muneris sacerdotalis actus multaque suffituum holocautomata sunt deprehendenda.

§. V. En preces istas ac lacrymas profusas ad sepulchrum Lazari! Io. XI, 35. vbi, quamuis dominus eum in vitam reuocare decreuisset, et alias eiusmodi miraculum editurus lugentium singultus compescuisset Luc. VII, 13. c. VIII, 52; ita tamen iusto dolori eo tempore indulsit, vt vnacum lacrymantibus collacrymatus fuerit. Mirandum sane, quare mortuum non tacite suscitet, sed clara flebilique voce, „recordatur, puta, quanta semper crudelitate mors grassata sit ab „initio mundi in optimos suos quosque maiores, proauos et ami„cos, in Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Mosen, prophetas, „ac

f) Bene hoc adnotat GERHARDVS *commentar. in epistolam ad ebraeos cap. V, 7.*

„ac paullo ante in suauissimum amicum Lazarum ; adeoque lacry-„mae Mariae et iudaeorum refricant ei omnia vulnera, quae hacte-„nus ex morte omnium sanctorum accepit. Quare stomachatur ad-„uersus mortem grauissime. *g*)

§. VI. En hephatah eiusque suspiria, quibus in caelum suspiciens ingemuit sanaturus κωφὸν μογιλάλον! Marc. VII, 34. quae quem fragrantissimum odorem post se reliquerint, quippe quibus suffitum suum noster pontifex adoleuit, facile coniicias. Inter praecipua quondam specierum genera ad suffitus V. T. commendata sunt, lacrymae ex arboribus stillantes earumque corticibus refricatis. *h*) Hic lignum, hic arbor vitae, ex qua eliciuntur lacrumarum aromata in odorem suauissimum patri 2 Cor. II, 15. En singultus extremam vrbis et populi israelitici πανωλεθρίαν praesagientes! Luc. XIX, 41.

§. VII. Nec immerito huc referendae sunt preces, quas Christus tinctus ab Ioanne in Iordane flumine fudit tanta vi, tanta efficacia, vt caelorum ἄνοιξις ipsi sit facta Luc. III, 21. clauibus nimirum, quibus praeditus Apoc. III, 7. reserit sancta, nobisque parat liberiorem in caelum accessum, ex quo super eum spiritus Dei descendit formatus in speciem columbae candidae, paterque eum reddit certiorem, orationem eius esse suauissimam, comite voce: *hic filius dilectissimus meus, in quo adquiesco.* Quis tam luscus, quin ex hisce perspiciat, verum omnino esse, quod Deus Christum, qui se summisit, in summam extulerit dignitatem, ac *donauerit ei nomen, quod est supra omne nomen, vt ad nomen IESV omne genu se flectat caelestium ac terrestrium et subterraneorum, omnisque lingua confiteatur, quod Dominus sit ad gloriam patris?* Philip. II, 8. 9. 10. 11. quis est, quin hic mysterium baptismatis significatum cognoscat, ita vt „quam „primum homo de baptismo egreditur, ei ianua regni caelestis „aperiatur. *i*)

§. VIII. Saepius caeterum contigit, vt montes, quorum secessus adamauit, adscenderit, ibi rogaturus. Luc. IX, 18. 28. legens quasi vestigia maiorum, Abrahami Gen. XIII, 11. Mosis Exod. XIX,3. cæterorum Io. IV, 20. Vbi tantum abfuit, vt altus vmquam somnus vigilem nostrum dormibundum habuerit, vt *diluculo primo surgens abierit in loca deserta, ibique orauerit* Marc. I, 35. Quid? quod idem dici-

g) Loqui libet ita cum venerabili BRENTIO, *homil. in Ioann. III. cap. XI. fol. m. 464.*

h) Legi merentur quae annotata in LVNDII Jüdisch. Heiligth. *lib. I. cap. XXVII. fol. 147. seqq.* deprehendimus.

i Ita sentit AVGVSTIN. *Sermon. 29. de tempore tom. X. col. VI, 22.*

dicitur διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ Luc. VI, 12. quae quidem verba de aede seu oratorio, in quo preces haberi solebant, quorum multa apud iudaeos aeque ac Samaritanos fuisse testatur EPIPHANIVS, *k*) nonnulli explicant *l*); attamen alii bene monent διανυκτερεύειν vsurpari non tantum de locis, verum etiam de rebus ac negotiis, in quibus expediendis quidam versatur, *m*) num is, qui circumdatus hostibus a somno haberi potuit? v. 12. isne qui lux mundi dicitur Io. I, 9. tenebris offundi debuit? *n*) nullatenus, enixissimis potius votis contendit, vt grauissimam resarciat iacturam humani generis, vt ea tempestate officii sui progressus capiat, parans se ad eligendos veritatis testes, quos patri dicat, commendat, consecrat. Quamobrem hocce ὑπόδειγμα apostoli secuti in sufficiendis collegis, Barnaba ac Paulo Act. XIII, 3. rogant dominum messis, qui operarios suam in messem eiiciat Matth. IX, 38.

§. IX. Alia data occasione *secedit in montem* priuatim, *ad orandum*, Matth. XIV, 23. Marc. 6, 46. „admonens nos, quomodo „fidelis anima relinquat mundi planitiem, et ad caeli montana sancta „deuotione contendat, et ita dulcissime sentiat interius Dei loquentis „alloquia.„ *o*) Sic peracto cibationis miraculo solus remanet rogaturus Luc. IX, 18. immo comitibus tribus discipulis, Petro videlicet, Ioanne ac Iacobo, *adscendit in montem, vt precaretur, et facta est inter orandum species vultus eius alia, et vestitus eius albus atque refulgens* Luc. IX, 28. 29.

§. X. Et quid dicam de insigni labiorum holocautomate, quod sacrum patri esse voluit? peculiarem puto orationem sacerdotalem, quam sicuti paullo ante obitum concepit in coenaculo, quo pascha celebrabatur coll. Io. XIII, 31. ita quoque palmam quasi caeteris praeripere videtur Ioann. XVII, 1. sqq. hic enim non mortalis cum mortali, nec mortalis cum immortali, sed Deus cum Deo loquitur:

k) *Tom. 2. lib. 3. cap. 80.* et PRIDEAVX *hist. des Iuifs et des peuples voisinis tom. 2. lib. 6 pap. 354. seqq.*

l) DRVSIVS, HAMMONDVS in *h. l. fol. 305. a.* GOTTFR. OLEARIVS *obseruat. in Matth. p. 171.* HEINSIVS *exercitat. sacr. p. 286.*

m) WITSIVS *meletemat. leidens. p. 71.* CAMPEIVS VITRINGA *antisynagog. cap. 33. p. 251.*

n) Non male *Syrus* h. l. Aggah' h' vo, i. e. splendebat per noctem. Sol iustitiae radiis suis totum mundum in tenebris repentem collustraturus erat.

o) GERHARDVS *meditat. sacr. 21. p. 138.*

tur: *p*) loquitur autem verba vitæ Io. VI, 6. loquitur in totius ecclesiae emolumentum. Quare quouis tempore a doctoribus merito magni fuit aestimata. *q*) Ea aetate vota suscipit, qua ex mundo discessurus est, vt vel inde facile coniici queat, iisdem omnia comprehendi, quae ad salutem fidelium necessaria sunt: iisdem enixe contendit, vt praesens sit pater instanti passioni, qua finita gloria eius et maiestas per totum terrarum orbem celebranda cognosceretur; iisdem intensissime efflagitat, vt concordes apostoli maneant atque intacti a contagione prauarum opinionum aeque ac consuetudinum vbique vigentium; vt eorum ministerium eo felicius procedat, vt salutaris euangelii doctrina conseruetur, augeatur, propagetur. Quid, quaeso, his rebus maius, quid dulcius, quidue praestantius continge„re fidelibus vmquam potuit? „Haec precatio est perpetua precatio „et gemitus perpetuus filii Dei, cuius nulla ardentior vox audita „fuit in caelo et in terra, *r*)„

§. XI. „Quum sciret noster pontifex futurum, ac subinde diceret,

---

p) AVGVSTINVS *tractat. 102. in Io. tom. 9. p. 500.* neque ab hac intercessione excludenda est natura diuina; est enim vox maiestatis plena v. 24. volo, non peto.

q) LVTHERVS *tom. 6. Ien. fol. 169. seqq.* Unter allen Wercken unsers HErrn Christi solten wir wol sonderlich wünschen, zu hören, wie er sich gestellt, wenn er gebetet und mit seinem lieben Vater geredet hat, nun stehet es hier vor Augen geschrieben mit vielen Worten, so er vor seinen Jüngern geredet, und ihnen zuletzt gelassen hat, und achtets doch niemand. Wäre es nicht geschrieben, so wolten wir bis ans Ende der Welt darnach lauffen; und ist führwahr aus dermassen ein hefftig, hertzlich Gebet, darinnen er den Abgrund des Hertzens gantz herausschüttet. Wenn wir sehen und erwegen können, wer der Mann ist, so da bittet, und auch, das gebeten wird, dazu, wie groß das ist, darum er bittet; würden wirs nicht so unwerth und gering achten; sondern gewahr werden, und fühlen, was diese einfältige Worte für überschwengliche Kraft und köstlich Ding haben und geben. BRENTIVS in *Io. fol. 665.* haec Christi precatio omnibus praeferenda est, quippe quod ex hac omnes aliorum precationes suam habuerunt efficaciam. Nisi enim Christus impetrasset eis fauorem patris et aditum ad patrem sua intercessione; numquam potuissent precationibus suis ad deum peruenire. conf. sis SPENER. Glaub. Trost p. 450. §. 2. et IO. IAC. VLRICH in seinem räuchernden und betenden Hohenpriester JEsu, oder das 17de cap. Johannis in 48. Predigten Zürch 1713. 8.

r) MELANCHTON *exposit. die viridium p. m. 333.*

„ret, oportere se pati ac interfici pro salute multorum, secessit in „montem oliuarum cum discipulis suis, non vt vitaret, quod ne„cesse erat perpeti ac sustinere; sed vt ostenderet, quod ita fieri „oporteat in omni persecutione; ne sua quisque culpa incidisse vi„deatur, *s*)„ quam supplex ibi orat! adeo, vt verba non modo recitentur, sed gestus quoque viuo penicillo delineentur Luc. XXII, 41. 43. 44. *auulsus est ad iactum lapidis, flexisque genibus rogabat: pater, dicens, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat, constitutus autem in agonia intentius orabat.* Quae quidem verba ter repetit Matth. XXVI, 35. 44. Marc. XVI, 25. 32. nos quasi erudiens, quod, quo vehementior ac propior sit calamitas, eo enixiores, eoque crebriores esse debeant gemitus Luc. XXII, 40. XI, 8. 9. Rom. XII, 12.

§. XII. Qua de caussa nec preces istas intermisit in sacratissima crucis ara, quam ceu cathedram siue oratorium lubens adscendit mediator coelumque inter et terram expansis manibus, qui mos olim erat precantium Psalm. LXXXVIII, 10. cunctos amplecti cupit. Etenim pro inimicis suis vota suscipit *pater*, clamans, *condona eis, ignorant, quid faciunt* Luc. XXIII, 34. hoc est, noli eis negare ea, sine quibus remissionem peccatorum obtinere nequeunt, facultatem poenitentiae agendae. Vbi mirandum sane, quod, cum coram iudice iniusto, Pilato, sui caussa vt agnus obmutuerit, coram iustissimo numine vt patronus caussam agat palam hostium, iudaeorum Act. II, 36. 38. eorumque principum c. III, 17. Iidem sunt, qui vnanimi voce clamitant: *crucifige*, quorum rem dicit ceu aduocatus, eisdem vt parcere velit pater. Huius clementia prorsus insolita omnino erat opus, ne e vestigio plecterentur nullo spatio ad resipiscentiam concesso. Sanat hoc modo eos, qui corpus ipsius vulnerant; soluit eos, qui membra ligarunt; bene iis cupit, qui eum conuitiis adficiunt, ab illis non abiturus, antequam gratiam eis consecutus fuerit, qui eum prius dimittere nolunt, quam viderent enecatum. O stupendam patientiam! o maximum amorem! hic consummatum reperimus istius oraculum: *pro praeuaricatoribus intercessit*, adnexo fructu: *ideo particeps erit multorum, et cum numerosis fidelibus spolia habebit communia* Ies. LIII, 12. *t*)

B §. XIII.

s) Verbis vtimur LACTANTII *de vera sapientia lib. 4. c. XVIII, 2.*

t) Hunc textum magno quondam consensu, iudaei ad Messiam retulerunt vid. RAYMVND *pug. fidei, part. 2. c. IX.* REINBECK in *Betrachtungen Tom. III. Betr. 39. §. 16.* D. MICHAELIS *in h. l.*

178

§. XIII. Ita Iesus officio sacerdotis et expiatoris catholici omni ex parte satisfecit. Quinam enim erant isti rebelles? qui eum regem aut doctorem suum non tantum non agnoscebant, sed et tota multitudo hominum Ies. LIII, 6. coll. Ebr. IX, 28. in quorum locum surrogatus portauit onus graue humeris impositum; hinc *remitte*, inquit, *illis*. Quare non *his?* omnes omnino mortales ac peccatores, qui ansam delictis suis praebuere, quod cruci sit adfixus, non sane praesentes milites solos hac intercessione vult colligere. *u)* Quo non minus referendum verbum hic adhibitum ἄφες, quod de arbore fructibus destituta Luc. XIII, 8. pro qua hortulanus dominum vineae quaerit, reperimus; ita, vt eius exemplo moniti percipiamus, quid sit, quod tam saepe tamque diligenter innuit: *orate pro iis, qui vos infestant* Matth. V, 44.

§. XIV. Ne diutius pluribus locis de hoc negotio loquentibus immoremur; vel ex adductis apparet, verum esse, quod supra §. 3. Apostolus testari voluit, verbis: *rogauit, dum vixit, et exauditus* ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, i. e. non frustra, non sine fructu preces fudit, sed patri placuerunt, et, quod in votis habuit pro mortalibus, ei dedit; si quaeris, quare? Paullus repondet: *ex reuerentia.* εὐλάβεια significat certum tempus opportunum, quod Deus definiuit, in eo precationes pro hominibus audiendi: *opportuni illi dies* erant, quibus corporis hospitio in terra vsus fuit Christus Ies. LIX, 8. nullam horam praetermisit, qua non de salute stemmatis humani sollicitus fuerit *x)* procuranda. Apostolus plane persuasus est, preces non in cassum

u) Egregie hoc animaduertit DANHAVER. *dissert. de 7. verbis Christi p. 5.* nec non OLEARIVS im Handbuche *P. I. articul. 55. p. 856.* Dieses ist das allerherrlichste, denckwürdigste Gebet unsers einigen Hohenpriesters und Seeligmachers zu seinem himmlischen Vater für seine ärgsten Feinde und uns alle, die wir seine Feinde waren, Röm. 5, 1. die ihn nicht allein mit Rath, wie die Jüden, sondern auch mit der That und Hand, als die Kriegsknechte und mit ihrer Bosheit gecreutziget haben.

x) Vid. SVIDAS voc. εὐλαβὴς; BROCHMANN *ad Ebr. V, 7.* Christo dum Apostolus εὐλάβειαν tribuit, vult, ipsum summa semper fuisse vsum circumspectione in peragendo negotio redemtionis, et in sustinenda passione acerbissima, ne quidquam admitteret, quod minus probaretur Deo, in cuius conspectu semper versabatur. Ob quam etiam in peragendo negotio redemtionis prudentem circumspectionem et sollicitam timiditatem, ne Deum offenderet. Seu ob quam sollicitudinem,

caſſum abiiſſe, quia eum tamquam praedem dimiſit liberum pater, quia ad dextram ſuam illum exaltauit, et euangelium ſublato cultu leuitico large in toto terrarum orbe praedicatum fuit.

§. XV. Vnum adhuc reſtat, quod nobis de intercesſione verba facientibus exponendum eſt, terminus videlicet, quo omnes preces, quas quoad vixit in carne Chriſtus, adoleuit, tetenderint? nec hoc Paullus ſilentio tranſilire voluit, qui hoc ſibi totum ſumſit, quo de mediatoris officio adaequate atque efficaciter differeret. *Precatus*, inquit, *ad illum, qui poterat eum ſeruare a morte* Ebr. V, 7. pater eſt, quem cunctis ſuis votis compellare ſolet, Io. XVII, 1. Luc. XXIII, 34. 46. quem filiali cultu honorat. At vero tamen nobis omnino caueamus, ne caeteras perſonas hinc ſegregemus. Filius patrem adorans minime excludit ſpiritum ſanctum, nec ſe ſuamque diuinam naturam. *y*) hi tres enim vnum ſunt 1 Io. V, 7. Io. X, 30. vnum, non voluntate modo atque conſenſu; ſed et ουσίᾳ, eſſentia Io. XVII, 22. 11. 1 Io. V, 3. Chriſtus ipſe eſt, qui ſeſe a morte ſeruauit Io. XI, 19. X, 17. 18. qui ſibimet ipſi *z*) ſatisfacere 2 Cor. V, 18. 19 qui ſuis votis in adſumta carne diuinam ſuam maieſtatem compellare potuit, a qua omnis pendebat vincendi virtus ac meriti pondus, immo precum efficacia dignitasque.

§ XVI. Studio, inquam, precum dignitas atque efficacia. Tantum enim abeſt, vt vllus ſonus vllumue verbum in terram ceciderit, vt quaeli' et ſuſpiria quam largisſimis fructibus referta et donata ſint. Ipſe teſtis fidelis, ipſa veritas hoc confirmat tripudians: *grates tibi perſ luo, parens, quod me exaudiueris, haud ignorans te me ſemper audire* Io. XI, 41. 42. auditus eſt ſeruator §. 14. ex reuerentia, vt de omnibus ſuis precibus ἐπινίκιον illud: conſummatum eſt, decantauerit, ſignificans, ſe perfeciſſe opus, quod ipſi datum fuerit.

nem, qua erga patrem ſe reuerenter et obedienter per omnia geſſit, a Deo exauditus eſt.

y) CYRILLVS: quidquid a patre Chriſtus vt homo petiit, id quoque a ſe ipſo et ſpiritu ſ. vt Deo petiit. DORSCHEVS *harmon. in Io. 17. p. m. 1168.* Chriſtus orando patrem non excludit ſuam naturam diuinam vid. et ſis QVENSTAEDT. *ſyſtemat. P. III. c. 3. p. 256.* KOENIG. *theol. poſitiu. pag. 153. §. 234.*

z) BVDDEVS *inſtit. theol. lib. 4. c. II. p. 817.* nec obſtat, quod hac ratione et ſibimet ipſi ſatisfecerit - - - cum duplicem ſuſtinuerit perſonam, et iudicis, et ſponſoris. conf. GERHARD. *loc. theol. de perſona et officio Chriſti §. 65.*

Io. XVII, 4. c. XIX, 30. consummauit vna oblatione in perpetuum eos, qui sanctificantur Ebr. X, 14. et quis dignus est, qui enarrare possit omnia, quae in probos improbosue redundant ex hacce intercessione emolumenta.

§. XVII. Nemo quaerat, cur sacerdos noster tam saepe, tam intense, tamque submisse, quamdiu carne vestitus fuit, orauerit, qui nihilo indiguit, Deus existens sibi sufficientissimus? Scias namque velim, quod crebrius sua obtulerit labiorum holocautomata, procidens in terram verbis: *transeat haec hora, si potest fieri, transfer calicem!* Marc. XIV, 35. *Deus mi, quare me dereliquisti?* Matth. XXVII, 46. quibus, vti in caeteris, suam caussam egisse visus; haud vero pro se, sin finem respexeris, adoleuit preces; at pro se tamquam obiecto precum et mediatore finis, qui in illo terminaretur. *a*) Sibine enim humilis, passionibus obnoxius ac mortuus fuit? sibine aliquid meruit? nonne omnia potius nostri ergo suscepit? *nobis natus et datus* Ies. IX, 6. Christus humanam induit naturam, legi se mortique subiecit, quod sui caussa minime debuit, ita, vt omnes suas et actiones et passiones pro nobis subierit, nobisque iis fauorem diuinum ac gratiam adquireret 1 Tim. II, 6. Io. X, 12. Rom. IV, 25. Idem hoc mysterium commonstraturus apostolus: *talis*, inquit, *decebat, vt esset nobis pontifex - - - cui non opus sit quotidie, sicut illis pontificibus pro peccatis propriis victimas ferre, deinde pro delictis populi* Ebr. VII, 26. 27.

§. XVIII. De quauis igitur oratione illius merito dicere iuuabit id, quod ipse effatus est: *non propter me haec vox facta, sed propter vos* Io. XII, 30. 2 Cor. VIII, 9. Is, qui iure gloriari de se potest, *omnia quae patris, et mea sunt* Io. XVI, 15. numquam quidquam accepit pro se precario, omnia potius iure filiationis Ies. XLV, 24. Zach. IX, 9. Io. XVII, 19. cunctae preces eius existunt piaculares. *b*) Appri-

a) Vid. SEBAST. SCHMIDIVS *in Ebr. pag. 523. seqq.*

b) CYPRIANVS *epist. 8. ad Clement.* orabat ille pro nobis, cum peccator ipse non esset, sed nostra peccata portaret. BRENTIVS *homil. in Io. XI. fol. 468.* ergone Christus orauit? hoc certe manifeste significat, cum dicit, se esse exauditum. Quid ergo, aut pro qua re orauit? non, quod ipse indigeat oratione, aut miraculis, sed 1. vt significaret se verum hominem 2. vt hac humilitate placaret patrem hominibus. Sola autem oratio Deum potuit, nec vllius sancti, placare, quae perfecte sancta fuit, vt propter eam Deus exaudiat orationem omnium piorum; 3. orauit Christus, vt et nos suo exemplo ad orationem prouocaret.

Apprime huc faciunt, quae THEOPHYLACTVS commentatus est in „verba, *Eli*, *Eli*, *lam a asaphtani:* pro nobis haec orabat, quod no-„strum est, sibi vindicans, vt in seipso naturae humanae formidi-„nem, qua mortem metuit, absumeret; reputa enim tecum, quod „nusquam in euangeliis scriptum sit, quod orauerit pro resurrectio-„ne sua, sed contra potius ex potentia sua dixerit aperte: soluite „templum hoc, et excitabo ipsum, et potestatem habeo sumendi ani-„mam meam.„ Quidquid ergo sit in precibus istis, duplicem respexit finem; alterum, vt patri honor subiectionis in exinanitionis statu haberetur, eiusque gloria exstaret manifestata Io. XVII, 42. alterum; vt nobis quaeuis salutaria iisdem impetraret, ac se nobis sisteret exemplo Io. XI, 42. vterque finis fuit meritorius pro salute nostra quolibet tempore susceptus.

§. XIX. Quo factum est, vt et benedictionem cum intercessione sacerdotali arctissimo quodam vinculo coniunctam dispensauerit. Aaroni ac filiis eius hanc demandatam legimus Num. VI, 23. 2 Chron. XXIV, 13. qui vel in hoc an אַנְשֵׁי מוֹפֵת *viri signi* Zach. III, 8. typum gerebant seruatoris nostri bene precantis infantibus Marc. X, 16. panibus sumtis Matth. XIV, 19. Marc. IX, 6. vbi sane non nudam cibi consecrationem vel gratiarum actionem intelligas; sed ipsam domini diuinam multiplicandi virtutem. Iamiam ad patrem abiturus manibus sublatis instar pontificis summi quaeuis felicia optat apostolis Luc. XXIV, 50. Sacerdotes quandam benedictionem promulgabant montem Garizin versus Ios. VIII, 34. 35. c) non ouum ouo similius, quam beatitates concione montana enunciatae Matth. V, 1. sqq. Luc. VI, 24. adeo, vt, quod de manibus praeconum diuinorum, quibus Numinis gloria vnacum abundantiori gratia populo dispensanda adquieuerit, potiori iure de Christo, splendore gloriae patris Ebr. I, 3. gloriari possimus, cuius ex plenitudine haurimus *gratiam pro gratia* Io. I, 16. extra eum vero nulla salus, nulla beatitas.

B 3 §. XX.

uocaret. Si enim Christus orauit Deum ad accipienda diuinitus ea, quae eius ministerio erant necessaria, cum tamen ante possideret ea naturaliter; quam detestabilis est nostra ignauia, qui, etsi rerum omnium egentes sumus, tamen raro dignamur Deum honorare, vt ab ipso, quae nobis necessaria sunt, oratione petamus.

c) LVNDIVS J. A. fol. 541. ipsa verba adducit: gesegnet sey der alle Worte des Gesetzes erfüllet, daß er darnach thue ꝛc.

§. XX. Quae quum probe nobiscum reputauerimus, facile cognoscemus, quam inique ii agant, qui quidem sacerdotale Christi munus haud prorsus negare videri volunt, attamen in his terris administratum destruere allaborant, et nobis omnibus viribus persuadere nituntur, illum primum sacerdotem factum post adscensionem in coelum. *d*) At vero hoc falsum immo falsissimum esse, ac contra euidentissima oracula diuina pugnare, constat. collat. Ebr. V, 1. 5. sqq. c. VIII. 3. sqq. *Venit enim filius hominis, vt ministraret, et daret animam suam redemtionis pretium pro multis* Matth. XX, 28. Mors autem si λύτρον fuit, holocautoma quoque obtulisse iam eo tempore, quo finiit vitam, sequitur Io. X, 15. Eph. V, 2. Rom. III, 24. 25. Liquet idem non minus ex ratione tam officii sacerdotalis, quam victimarum offerendarum Veteris testamenti. *e*) Nonne Aaron pontifex existimabatur, antequam intra siparium iret? Et tantum abfuit, vt omnia sacrificia in sanctissima essent lata, vt vel in annuo festo hilastico expiatio sacerdotis aeque ac populi extra illa celebraretur Leuit. XVI, 17. 18. Seruator noster partes mediatoris obiit in terra et quidem adquirendo, cum iamiam in caelo idem agat applicando, salutem. Tantum hic dico: essentialis pars muneris sacerdotalis fuit intercessio pro populo §. 2. quam cum filius Dei pro genere humano, dum vixit, interposuit §. 4. sqq. sacerdos quoque priusquam in excelsa euectus, exstitit; sicuti adhuc intercedit.

§. XXI. Quamlibet enim in gloriam suam ingressus, minime tamen deposuit studium curamque membrorum in terra degentium. Eam sibi potius quouis tempore commendatam habet, fouens fratrum memoriam. Verus audit pontifex qui in valle miseriarum manere non debuit, potuit, voluit Ebr. VIII, 4. penetrans caelos celsior ipsis. Ebr. IV, 14. cuius sacerdotium ἀπαράβατον cap. VII, 24. semel nos sanctificans vna oblatione; at interpellans pro nobis, quoties miseris opus est, *semper viuens ad intercedendum* Ebr. VII, 25. Quam quidem aduocationem præprimis nunc sumus contemplaturi. Faxit Numen, vt cedat in nominis sui gloriam, largumque nostrum emolumentum.

§. XXII.

d) Impie ita sentit cum sodalibus suis VOLKELIVS *lib. 3. de ver relig. cap. 37. fol. 145. Catech. Racou. cap. 13. de mun. sacerdotal. quaest. 8.*

e) *Plura legantur* in M. ADAM Bernds, Wahrheit unserer Christ-Luther. Religion aus dem hohenpriesterlichen Amte unsers Heilandes *pag. 172. seqq.* CASP. NEVMANNI *trutina religiorum cap. VI. de ecclesia Socinianorum §. 35. p. 276. 277.*

§. XXII. Antequam vero de arduo isto mysterio verba faciamus, necesse omnino erit, definire, quid sit intercessio Christi, de qua differimus? Est itaque *illa* actus sacerdotalis §. 2. quo Θεάνθρωπος ad dextram patris sedens pro cunctis hominibus, inprimis fidelibus atque electis, vi vniuersi ac pretiosissimi meriti oblati vere ac proprie, at tamen sine vllae suae maiestatis imminutione παρακλήτου more deprecatur; quo auertat quaecunque mala, et impetret, quae ad salutem vitamque aeternam consequendam iis sunt necessaria.

§. XXIII. Vere ac proprie intercedere dicitur seruator. Id enim ipse spiritus s. euidentissime testatur Rom. VIII, 34. 1 Io. II, 1. 2. Ebr. VII, 25. minime autem dicis ergo, vel metaphorico sensu atque improprie, seu vt quidam *f*) somniant de nudo ἐμφανισμῷ h. e. sola humanae personae sanguinis profusi vulnerumque ostentatione ea intelligenda. Πρῶτον hoc ψεῦδος est socinianorum, qui nullum non lapidem mouent, quo euincere satagant, quod, quemadmodum Iesu sacrificium non proprie sic dictum sacrificium habeatur, sed ita tantummodo vocitetur ob aequalitatem cum sacrificiis veteris foederis; *g*) sic et negent, veram ac proprie dictam esse interpellationem. At falluntur longe a veritatis tramite aberrantes.

§. XXIV. Etiamsi namque isthaec sententia probabilior videatur ex verbis Paullinis Ebr. IX, 24. *non in manufactum sacrarium ingressus est Christus, quod sit exemplar vero sacrario respondens; Sed in ipsum caelum, vt appareat tunc in conspectu Dei pro nobis:* facile tamen dignoscitur, quid sibi velit ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν nimirum apparere coram facie Dei ad agendam caussam nostram κατ᾽ οἰκονομίαν procuratoris, patroni atque aduocati, qui coram iudicio se sistens dictis scriptisue reum defendit. *h*) Idem verbum

f) EPISCOPIVS *tom. 2. oper. fol. 219.* interpellatio improprie tribuatur ei, necesse est. Consistit potissimum in oblatione sui ipsius, qua seipsum coram patre suo rediuiuum ex morte sistit. Et SCHLICHTINGIVS *commentar. in epistol. ad romanos cap. VIII, 34. tom. I. pag. 247.* intercedit non verbis, non orationibus ac factis, sed interpellat ac intercedit rebus ipsis ac factis, quae omni prece sunt validiora: sua nimirum morte, suo sanguine, sua perpetua coram eo apparitione. Res igitur ipsa efficacissime loquitur, etiamsi Christus nullas interponat proprie loquendo preces, idem sentit CRELLIVS *ad Ebr. IV, 14. tom. II. commentar. fol. 112. 113.*

g) SOCINVS *institut. relig. breuiss. fol. 91.* SMALZIVS *de diuinit. Christi cap. 23. fol. 134. 136.*

h) Egregie ita commentatus est in h. l. SEBAST. SCHMIDIVS *ad Ebr. pag. 258. 300. loc. 7.*

bum ſeptuaginta adhibent de patefactione, quae ſit per loquelam Eſth. II, 22. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς h. e. illa vero rem dixit וַתֹּאמֶר regi coll. Eſth. 7, 3. ita aliis locis vſurpatur, quando quis verbis notum aliquid facturus eſt, ac rogando poſtulat e. g. Act. XXV, 2. 15. c. XXIV, 1. hac de cauſſa apoſtolus Chriſtum vocat fidelem pontificem τὰ πρὸς τὸν θεόν Ebr. II, 17. nimirum quoad ea, quae verſantur inter Deum et nos, ſeu, in quibus lis et inimicitia intercedit nobis cum Deo. Ea autem, quae apud iuſtum iudicem aguntur non ad ſpeciem §. 23. ſiue, vt loquuntur, pro forma fiunt, ſed omnia ſunt realisſima, verisſima.

§. XXV. Multo vero minus intercesſio haec interpretatiua putanda, qua agat redemtor vti internuncius *i*) vel interpres tantum et referendarius (gall. maitre des requéts;) ſed formali, reali et orali enuntiatione interpellat. Clarius hoc euincitur Ebr. VII, 21-25. cap. IX, 24. vbi, vti ſapientia in myſterio latens enodatur, ita, ceu in tota epiſtola, §. 3. Chriſti ſacerdotium cum cultu leuitico collatum legimus adnexa huius eminentiori differentia. Aaron adyta quotannis ingreſſus cum ſanguine orabat pro populo, qui interea in atrio praeſtolabatur *k*) Chriſtus et hoſtia et ſacerdos intrauit ſemel ἄδυτα ἀχειροποίητα, vt ſemper coram patrè appareret cum iuſtisſimo voto, quo ſanguinis λύτρῳ partam gratiam, immo ſalutem aeternam fidelibns conferret. Quo factum, vt dictus ſit pro nobis 1 Ioh. II, 2. ἐντυγχάνων. ἔντευξις autem eſt formalis precatio. *l*) Hinc plurimi non infimi ſubſellii theologorum noſtratium contra ſecus ſentientes contendunt, Chriſtum vere, realiter ac proprie orare. *m*)

§. XXVI.

i) SOCINVS *libr. II. praelect. cap. VII. vocem* μεσίτου in ſacris litteris nihil aliud vult ſignificari, quam Dei interpretem; at fuſius refutatus a GROTIO *tractat. aur. de ſatisfactione cap. VIII. §. 15.* edit. LANG. pag. III. quo lector remittitur.

k) Fuſius hic actus delineatur in LVNDII Jüd. Heiligth. *lib. 5. c. 8. 19. 20. 21.*

l) Loqui libet ita cum CONR. DANHAVERO *hodoſoph. phoenomen. 8. p. m. 723.* a quo non diſſentit NAZIANZENVS *orat 2. de filio:* adhuc intercedit pro mea ſalute, vt homo retinens corpus ſemel adſumtum, donec me faciat diuinae participem naturae vi ſuae incarnationis.

m) Legatur BRENTIVS *in Io. fol. 665.* Chriſtus, docens, numquam intermittit officium intercedendi pro eccleſia ſua et vox huius precationis ſemper ſonat in auribus Dei, cum quo conf. SEB. SCHMIDIVS *in Ebr. pag. 772.* nec non MAIVS *theol. euangel. P. 2, p. 269.* habent praete-

§. XXVI. Orat vero non ψιλὸς nudusue homo, sed θεάνθρωπος diuiniore sacerdotio donatus, cunctis mortalibus maior, illustrior, eminentior. *Talem, tantum habeamus pontificem, qui consedit ad dexteram throni maiestatis illius caelestis* Ebr. VIII, 1. *innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus excelsis factus excelsior* c. VII, 26. verus filius Dei est, qui poscere iubetur Psalm. II, 8. et gloriosus rex v. 6. Ebr. VII, 28. diuinam naturam si a precibus Christi segregauerimus, ex qua omnis valor pendet, eheu! quid nobis solatii quid meriti inde erit super? intercedit autem vtraque natura insignitus, quippe quae inter sese indissolubili atque aeterno coniuncta vinculo. *n*) En praestantiam! en dignitatem! en discrimen inter has sanctorumque omnium preces! Aaroni et iis, qui in locum eius suffecti fuerunt, antequam populo bene precarentur, sua peccata confiteri *o*) seque mundare opus fuit Leuit. XVI, 6. hic agnus immaculatus, hic *sacerdos innoxius*, qui numquam sanctitate recessit vt Adam, *impollutus*, qui puritatem nec minimis vmquam maculis inquinauit, ille hoc supersedet.

§. XXVII. Quo itaque ruunt infausti Fausti sodales delirantes, seruatorem tali supplici oratione indigere, sibi necessaria petendi.

C „Hoc,

praeterea filii Dei verbum patris, Iesum Christum verba pro ipsis facientem et intercedentem ac spiritum s. opitulantem infirmitatibus et defectus supplentem; item IO. OLEARIVS im Handbuch pag. 860. Intercessio Christi respicit (1) filii Dei interpositionem mediatoriam ab aeterno factam Eph. I. Ebr. XIII. Apoc. XIII. (2) sponsionem post lapsum subsecutam et in paradiso manifestatam. (3) interpellationem actualem θεανθρώπου offerentis se pro nobis et applicantis hoc meritum, et tantum beneficium impetrantis tum ad iustificationem tum ad glorificationem. D. GERHARD. *in epist. ad Ebr. VII, 26.* FRID. BECHMANN in HVTTERVM p. m. 196.

n) L. L. Symbol. de persona Christi 8v. pag. m. 773: itaque est noster mediator, redemtor, rex, summus pontifex, caput et pastor non secundum vnam tantum naturam, siue diuinam, siue humanam, sed secundum vtramque naturam. CHRYSOSTOMVS *homil in 1 Tim. II.* homo purus mediator numquam penitus fieri potuit, oportebat enim huius modi mediatorem cum Deo colloqui: Deus item solus mediator esse non potuit. STRIGELIVS in psalm. 110. p. 300. ad consolationem consideratio meriti seu sacrificii et intercessionis necessaria est, haec persona, quae est Deus et homo, offert sacrificium.

o) Confessionis verba pontificis maximi legas sis apud IO. CLERICVM *commentar. in Leuit. XVI, 11. fol. m. 271.* ex thalmudicis citata.

182

„Hoc, nugantur, loquendi modo tanto libentius vtitur ſcriptura, „vt mentibus noſtris infigatur prorſus poteſtatem omnem, quam „Chriſtus habet, non ex ſeſe habere, verum Dei patris dono, et ita „omnia opera efficere, ac ſi non ipſe, ſed Deus precibus illis mo„tus ea efficeret, *p*) immo, cum de Chriſto dicitur, eum pro nobis „interpellare, nihil aliud dicitur, quam eum potentia illa ſua ſibi „data noſtri curam gerere, h. e. ne credatur, potentiam illam in „Chriſto eſſe naturalem, addendum illud, vnde contrarium aperte „appareat, nempe eum talem eſſe, ac ſi ſubinde id, quod facit, „precibus a Deo impetret. *q*) Horrendum, nefandumque dogma! quo quidem ipſam intercesſionem ac ſalutare beneficium mediatoris, non quidem negare videntur, ſed modum tantum ac dignitatem; at vero tamen hac ſublata nonne corruit omnis interpellationis virtus? nonne euaneſcit omne hinc nobis hauriendum emolumentum? num vmquam pro ſe os ſuum aperuit nihilo indigente? abſit §. 17. aperte ſic contradicunt ſpiritui ſancto eiusque paginis ſacris Ebr. VII, 26. 27. Matth. XX, 28. abſit iſta humilis ac ſupplex, quam excogitant mendicatio. Si ſeruator in ſtatu exinanitionis dicere ſolitus eſt: *Volo*, §. 10. 18. num iamiam ad dextram patris euectus exilior fieri potuit?

§. XXVIII. Intercedit potius ſacerdos noſter ſine vlla maieſtatis diminutione. Quis putabit, quaeſo, eum eo modo, quo ἐν μορφῇ δούλου εὑρεθεὶς preces iam fundere; in genua quaſi ac faciem procidat, coelum adſpiciendo altis demisſisque gemitibus vti Luc. XXII, 41. Marc. VII, 34. haec ratio, qua ea tempeſtate ſolebat, ipſi nunc minime conuenit, „non enim fas eſt, cum interpellationis vocem „audimus, animo coniicere Chriſtum noſtri cauſſa ad pedes patris „ſe aduoluentem. Procul ſit iſta ſeruilis ſuſpicio, ſpirituque indigna,„*r*) forma humana indutus apparuit ſupplex, proſtratus, humilis; nunc autem *ſtans* Act. VII, 55. vt glorioſus victor. Alias propoſuit patri filiali cultu ſatisfactionis ſponſionem, cupiens, ne eam vellet contemnere, iam ſatisfactionem praeſtitam offert. Olim multoties con-

p) Verba ipſa impia quidem citare libet ex *Catech. racov. ſect. 7. pag. 175.*

q) SMALZII *de diuinit. cap. 23. pag. 136.* nec non OSTERODI in der Unterrichtung von den fürnehmſten Haupt-Puncten der Chriſtl. Religion, cum quo facit SCHLICHTINO. *in Rom. VIII, 34. tom. I. pag. 247.* et VOLKELIVS *de vera rel. lib. 3. cap. 38.*

r) Eximia et ad argumentum noſtrum apprime facientia verba exſcribere non piguit ex GREGOR. NANZIANZENI orat. 36.

conditionibus petiit Luc. XXII, 42. Marc. XIV, 35. nunc intercessione maiestatica fundata merito suo persoluto.

§. XXIX. Quamobrem fit, vt haud immerito nominetur ἱλαστική. nititur enim λύτρῳ ac satisfactione, a qua intercessio minime seiungenda, *s*) Christus, qui nos redemit, aduocatus noster non solum nobis dictitat verba, quae loquimur, Matth. VI, 9. sed et ipse nostram rem agit. Vtrumque eius discipulus comprehendere studuit 1 Io. II, 1. 2. *Quod si quis, consolaturus, peccauerit; aduocatum habemus apud patrem, IEsum Christum, iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solum; sed etiam pro totius mundi peccatis.* Aurea sane verba ac digna, quae probe expendantur. Dominus, qui παράκλητος audit, haud ita multo post dicitur ἱλασμός, quasi diceret: praeter id, quod verax, integer ac sanctus sit aduocatus, etiam expiatio ipsa: Mortales minime sibi patrem conciliare possunt, alio est opus, qui illis gratiam mereat ac delictorum remissionem. Nec angelus, nec Moses, nec Samuel, nec vllus hominum id praestare potuit, solus Iesus insignis, *vnicus mediator, qui se tradidit pro vniuersis in redemtionem*, 1 Tim. II, 5; qui multorum crimina tulit, qui sese piaculum stitit, cui totum expiandi negotium delendique debita demandatum, ius quoque habeat necesse est pro iisdem quos redemit, intercedendi Ies. LIII, 10-12. is, *qui purificationem peregit per semet ipsum* Ebr. I, 3. ei, qui pro suis se sanctificauit, *vt sint sanctificati in veritate* Io. XVII, 19. iure suos suo sanguine partos poscere licet, et vt mortis suae efficacia apud multos multum valeat, *t*) vt iusti declarentur Rom. III, 15. gemebundi: ἱλάσθητι ὑμῖν Luc. XVIII, 13.

s) STRIGEL. in *Psalm. p. 300.* coniuncta sunt meritum et intercessio. Intercessio est assidua meriti applicatio.

t) MART. CHEMNITIVS *concil. trident. p. 3. fol. 188.* a. Vtque illa intercessio sufficiens Deo, grata; nobis vtilis, efficax, certa et tuta sit epist. ad Ebr. c. VIII, 9. docet, officium redemtionis et intercessionis coniunctum esse, ita, vt dignitatem, virtutem et efficaciam intercessionis ex meritis redemtionis pendere ostendat. SPENER. Glaubens=Trost *pag. 451. §. 5.* Es gründet sich diese Fürbitte auf des HErrn Versöhn=Opfer, und also hat er Macht für uns zu beten, weil er für unsere Sünde, die nicht nur unser Gebet, sondern auch anderer Fürbitte für uns hindern würden, genug gethan, und den Vater versöhnet hat. conf. quoque huc GROTIVS *l. c. cap. 7. §. 3. 4. pag. 91.* D. IO. GERHARD *in Rom. 8. fol. 809.* Denn Christi Für=

§. XXX. Quis, hisce notatis, est, quin perspiciat, nullum, qui negat, Christum pro hominibus satisfactionem praestitisse, adfirmare posse, quod ille vere intercedat. Etenim licet ore calamoque aliqualem intercessionem vel supplices preces admittat §. 27. vix tamen adduci possum virtutis eius eum ex animo persuasum esse. Econtrario produnt se sorices isti tam scriptis quam exceptionibus obiisus, *u*) quarum vnam alteramue iam in medium proferam. Obiiciunt, non opus esse tali deprecatione, *x*) cum summum bonum maiore flagraret benefaciendi cupiditate, quam ab omnibus rebus creatis desiderari posset. Tradunt, patrem nos vltro amare, ita vt superfluae prorsus sint preces Christi habendae; ipso hoc quasi testante Io. XVI, 26. 27. claris verbis: *et non dico vobis, quod rogaturus sim patrem pro vobis. Ipse namque pater amat vos, quia et vos me amatis.* At sciant patrem quidem filios suos amare, sed propter Christum Io. XVI, 28. Rom. VIII, 29. Eph. I, 6. cuius nomine vt orent, praecipit; nec denegat hisce suum patrocinium, quod praeter amorem intimum Io. XVI, 27. promisit c. XIV, 16. vti re ipsa, se fecisse, profitetur c. XVII, 1. 2. seqq. indicat autem iisdem, se modo illam non attingere velle, ceu argumentum exauditionis, certiores eos faciens, quod ex amore patris certissime sint persuasi, precibus locum esse relictum. „Nec vllus igitur putet, propter „tantam patris beneuolentiam nos non indigere Christi, quia omnia „per ipsum ex patre in spiritu sunt, quoniam aduocatus est teste „Ioanne non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi pec„catis. *y*)

§. XXXI.

bitte gründet sich auf seine Genugthuung, darum ists eine kräftige Fürbitte, weil er nicht allein GOttes allerliebster Sohn, dem er nichts will versagen, sondern auch, weil Christus mit seinem völligen Gehorsam erworben, daß seine Fürbitte für uns kräftig ist.

u) Vid. *catech. racou. sect.* 7. *p.* 175. SMALZ. *de diuinit. Christi cap.* 13. *pag.* 136. sed refutatur a THEODORO THVMMIO *tractat. theol. de triplici Christi officio erroribus Photinianorum opposit.* 1626. 4.

x) Speciosi huius argumenti cramben recoquit CHRIST. DEMOCRITVS **im hellen Glanz des Evangelii Christi** *quaest.* 125. sed confer. BERNDIVS supra cit. *l. pag.* 633. *seqq.* et quae contra illum ibidem animaduertuntur.

y) Ipse ita explicat CYRILL. ALEXANDR. *in Io. XVI,* 26. et GERHARDVS *harmon. pag.* 1582. CALOV. *bibl. illustrat.* MAIVS *theol. euangel. P. II. p. m.* 246. FLACIVS *P. II. clau. fol.* 367. fusius autem rem tractat FEVERBORN *fasc.* 4. *disp.* 6. *thes.* 10. *seq.* et *Part. III. syntagm. dissert.* 3. quos sis euoluas.

§. XXXI. Ea de cauſſa quoque hanc aduocationem goëlicam nuncupamus, quod fas deprecandi goël noſter ex tenero affectu conſanguinitatis pernactus eſt. *Nobis minime ſacerdos conſtitutus, qui non compati poſſet cum infirmitate noſtra, ſed qui per omnia fratribus ſuis ſimilis fieri debuit, vt miſericors eſſet et fidelis pontifex* Ebr. II, 17. 14. 18. c. IV, 15. Fratres hic partim omnes homines ſunt, partim et praecipue fideles, cum quibus eodem patre gaudet Io. XX, 17. his *ſimilis* factus ratione naturae et pasſionum, quas experiri debebat; itaque pati potuit ſeque conſecrare et *miſericors eſſe* non affectu tantum Marc. VIII, 2. ſed et effectu miſeriis noſtris tactus, quibus mederi voluit, *vt fidelis* pontifex, h. e. promptisſime ac fidelisſime agit cauſſam pro ea fide, quam dedit patri aeque ac fratribus ſuis *fidisſimus in tota domo ſicut Moſes* Ebr. III, 2. 6.

§. XXXII. Hoc nos Paullus remittit ad Num. XII, 7. vbi Iehoua ſeruum ſuum πιςὸν נֶאֱמָן appellat, cuius fidei ſumma ſua conſilia, omnes res populo eiusque reipublicae adminiſtrationem commiſit 1 Cor. IV, 2. at idem apoſtolus ibidem Chriſtum antitypum Moſis reſpicit, maioris gloriae, quam iſte, dignum habendum. Quare ſummo ſtudio Ebr. II, 17. eamdem phraſin adhibet, quam ſeptuaginta habent Exod. XVIII, 19. Ad Moſen, puta, cauſſam Iſraëlitarum ferunt iudices ſpiritu Dei acti; Moſes vero eam ſummo rerum arbitri commendat, more mediatoris atque patroni. Sicut autem ei tradita omnis domus h. e. populus, inter quos Numen verſabatur, eiusque rerum ſumma cum amplisſima poteſtate, quam contra quemuis impetum rebellium confirmauit, Num. XVI, 32. 45. ita et Ieſus eccleſiae praefectus eſt, ſed multo maiore dignitate, poteſtate ac gloria inſtructus. *z*) Plus vltra: Moſes, typus μεσίτυ n. t. de grege fratrum ac ciuium ſuorum ideo electus, vt eorum ſalutem eo libentius apud ſummum iudicem quaereret, quid de noſtro ſeruatore, duce, autore ſalutis cenſemus, qui frater noſter et conſanguineus exiſtit? quis de eius voluntate propenſa, quis de eius miſericordia atque amore in nos dubitabit propenſo?

§. XXIII. Et quem latet, creatorem praeter ceteras leges, quas promulgauit, vel hanc ex ſapientisſimo conſilio tuliſſe, qua, ſi quis Iſraelitarum paupertate preſſus aut ſe aut bona ſua vendidiſſet, tribulibus conſanguineis licitum, immo mandatum ſit eum et abalienata ſui conſanguinei bona reſtituere debere Leuit. XXV, 25. 26.

 Deuter.

z) Docte ita commentatur IO. CLERICVS in *Numer. XII, 7. pag. m. 378.* edit. Tubing.

Deuter. XXV, 5. De Immanuele iure gloriari licet : גאלנו הוא *affinis nobis vir ille* Ruth. II, 10. Goël autem nuncupatus, qui eam ob caussam aduocatus, vt vel deprecatione, vel bonis suis reum captiuum, sontem coram iudice defenderet, redimeret, liberet ex iure propinquitatis coll. Num XXXV, 12. Ierem. XXXII, 7. in Adamo primo omnis nostra salus deperdita, *venditi sumus sub peccatum* Rom. VII, 14. quod tyranni instar in nos dominatur, captiui v. 24. sub potestate satanae, morti addicti. At vero Messias incarnatione fas nactus soluto pretio omnia nobis restituit quam felicissime restituetque Iob. XIX, 27. en fidem eius datam! *e potestate infernorum eripiam eos, ex morte eos liberabo* Hos. XIII, 14. quomodo stat promissis? *Particeps factus est carnis et sanguinis, vti pueri, quo per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, h. e. diabolum, et liberos redderet, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxii erant seruituti* Ebr. II, 14. 15.

§. XXXIV. Arctius eheu! Christum pontificem inter et fideles intercedit vinculum, quam quod eorum queat obliuisci. Miror, fateor, quoties lego, diuitem istum heluonem damnatum minime adfectu amoris fraterno exutum clamitasse pro salute relictorum sodalium Luc. XVI, 27. 28. Quodsi igitur tanta vis existit amoris amici, fratris, affinis, vt ne infernalibus flammis quidem extinguatur, quid de fratre, quid de seruatore nostro teneriore, quid de mediatoris nobis coniunctissimi fide praedicandum erit! nonne is delicatiore flagrabit amore? nonne caput hocce membrorum suorum; nonne hic sponsus sponsae suae, nonne pastor ille bonus ouium suarum recordabitur? o ineffabile solatium! o nos terque quaterque beatos! qui in caelis tali amico, tali patrono gaudemus, qui quauis tempestate nostri memor viuit.

§. XXXV. Sponte sua hinc sequitur, vt certissimae persuasi simus, dominum nostrum nobis suo patrocinio quaeuis salutaria, prospera, proficua posse impetrare. Noae, Abrahami, pontificumque holocautomata aeque ac preces gratae semper fuere immo acceptae. Num existimabimus nostri sacerdotis irritas fore? hic cum in diebus carnis nūmquam a patris facie abierit, quin auditus fuerit, num iam in diebus gloriae intercessionem absque fructu recedere autumabimus? filius est, in quo omne parentis beneplacitum adquiescit Matth. III, 17. coll. Luc. XI, 12. hic potiore licentia *pater*, orat, *volo vt, vbi sum, et illi mecum sint, quos donasti, quo spectent gloriam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante iacta orbis fundamenta* Io. XVII, 24. hic coram patre eos confitetur, qui cum

coram

cotam hominibus confessi sunt, Matth. X, 32. O benedictas manus! quas si sublatas viderit Iehouah, victoriam nobis ac quaeuis necessaria haud denegabit. Veteris pacti *μεσίτης* deum iratum inter et populum delirantem se supplex sistens placatiorem redditurus auditur Exod. XXXII, 12-19. hic ille maior, gloriosior, venerabilior.

§. XXXVI. Breuiter hisce delibatis curatius nobis est inquirendum, in quonam consistat ista intercessionis ratio? vbi minime inficias eundum, modum huiusce ardui negotii omnem plane captum humanum excedere, eiusque pleniorem cognitionem caelitibus esse reseruandam. Quare haud infimae sortis doctores non malunt tantum *τὸ ἐντυχεῖν*; *a*) sed et Paullus in tertium caelum raptus de patrocinio tanti pontificis verba faciens *de hoc*, inquit, *multus sermo et difficilis interpretatu* Ebr. V, 11. putans adultorum cibum esse, quem post percepta prima fidei elementa Christi sectatoribus proponi solitum, vti loquitur Chemnitius; *b*) nihilo vero tamen secius sapientissimi Numinis benignitati visum est, aliquem praegustum de sublimiori hoc mysterio nobis suppeditare.

§. XXXVII. Sacrarum enim pandectarum ductui si inhaeserimus, facile erudiemur, quod hac sua intercessione patri filius ob oculos

a) MVSAEVS in der ausführl. Erklärung *l. 10. qu. 55. p. 535. seqq.* BAIERVS *theol posit. P III. cap. 2. §. 13. (d) p. 627.* HEDINGER *ad 1 Io. II, 1.* wie diese Fürbitte geschehe, wissen wir nicht: Sie ist Geheimniß voll, kräftig, unaufhörlich. IO. IAC. RAMBACH in Evangel. Betrachtungen *fer. 3. paschat. pag. 504.* Wir verstehen zwar in dem gegenwärtigen Zustande unserer Schwachheit gar wenig von denen Geheimnissen der Fürbitte Christi, und können also die Art und Weise derselben nicht eigentlich bestimmen. So weit wissen wir gewiß, daß er nicht nur auf Erden für uns gebetet, sondern auch noch ietzo im Himmel für uns bitte. Daß aber dennoch seine ietzige Fürbitte von derjenigen, die er im Stande seiner Niedrigkeit verrichtet, in manchen Stücken unterschieden sey cet. Doch bestehet sie nicht in einer stummen und blossen Darstellung seines Verdienstes, sondern sie ist eine auf sein Verdienst gegründete, wahrhaftige Fürbitte, und eine majestätische Vorstellung seines Willens, da er in Absicht auf das der Gerechtigkeit Gottes ausgezahlte Lösegeld von der göttlichen Barmhertzigkeit bittet und verlanget, daß sie allerley Arten des Segens dem versöhnten Sünder mittheilen wolle. CASP. NEVMANN in *trutina religionum cap. 6. §. 35. p. 276.* adhuc in caeli sanctuario licet modo inestabili 2 Cor. XII, 9; vere tamen pro nobis intercedit.

b) Concilio trident. fol. 38. b. Part. I.

oculos ponat meritum suum, quo pro omnibus satisfecit, vt eius intuitu gratiam exhibeat, *da*, desiderans, *mihi populum meum propter petitionem meam* Esth. VII, 3. illud, nisi me omnia fallunt, est, quod apostolus innuit Ebr. VIII, 3. seqq. c. IX, 7-12. quibus locis denuo eminentiam ministerii sacerdotalis IESV extollit supra vmbras seu typos, quos longe antecellit. Dat nimirum ebraeis, sacerdotem summum V. T. holocausta extra tabernaculum praeparata in sanctum obtulisse Deo, sanguine ipsorum versus arcam foederis sparso. Dat eis, suffitum illum adoleuisse Leuit. XVI, 10-13. Dat, eum verbis peccata esse confessum v. 21. dat Deum illis quidem placatum fuisse. At a typo ad antitypum, qui semper multo augustiora secum habet, *c*) redit. Omnia in IESV nostro longe excellentiora deprehendi significat: Aeternus sacerdos est, qui extra portas passus Ebr. XIII, 12. ingrediens adyta caelorum sanguine suo, quem ceu praestantissimum donum offert, vnacum fragrantiore precum suffimento,

§. XXXVIII. Aaron quotannis ἡμέρᾳ ἐξιλασμοῦ intrabat sacra; *Christus autem semel ingressus perpetuam redemtionem reperiit* Ebr. IX, 25. *cui haud opus erat, sicut illis, pluribus vicibus, plurimis adire oblationibus.* „Tantae dignitatis illa vna redemtoris nostri fuit ob„latio, vt vna tollenda mundi peccata sufficeret. *d*) Aaron batillo aureo, igne referto ex altari, cui deinde iniiciebatur thymiama, fumigabat, eodem die quo exhibebat hoedum; Christus semet ipsum in piaculum consecrat perpetuo sedens ad dexteram Dei Ebr. X, 10-12. ita, vt odor bonae fragrantiae, preces puta, *e*) quotidie immo toties, quoties

---

c) CHRYSOST. *homil. 61. in Genes.* bene: oportet figuram minus habere, quam veritatem, quia alioquin non fuisset figura futurorum. Et GLASS. *philol. lib. 2. P. I. tractat. 2. sect. 4. art. 7. can. 3. pag. 331.* quando autem dicitur, plus esse in antitypo, quam in typo, intelligendum id non tantum ratione rei, sed et ratione modi.

d) Nostra facimus verba CYPRIANI *serm. 7. de rat. circumcis.* LVTHER. *tom. Ien. II. fol. 547. b.* Sic habet euangelium et vniuersa scriptura, Christum esse summum sacerdotem, qui semel et vnica sui ipsius oblatione omnium peccata exhausit, et in sempiternum sanctificatos consummauit, ita, vt prorsus nulla alia hostia nobis sit reliqua pro peccatis praeter hanc vnicam, in quam fide pura confisi, sine meritis et operibus a peccatis salui simus.

e) SPENER. *l. c. pag. 443.* Es ist bekannt, daß das Rauchwerck ein Bild des Gebets sey, Psalm. 141, 2. Apoc. VIII, 33. also wolte der HErr, als

quoties opus est nobis, adscendat; quo quasi perpetuo renouatur meritum, cuius adspectu vt iudex iustissimus parcere miseris velit, patronus desiderat; „ Esti sanctum hoc ἀναμιμνήσκειν expiationem in „cruce peractam nec tollere, nec ei aduersari nemo non putare de„beat. Illa enim Deum mouet ad remittendum, et ius nobis ad„quirit, sed sub certa conditione et modo, in quibus comprehen„ditur ex parte Christi interpellatio, ex nostra parte fides vera. *f*)

§. XXXIX. Facile hinc iudicari potest, quare *sanguis domini adspersionis* (coll. Leuit. XVI, 11-16.) dicatur, *qui meliora loquitur atque Abelis, ad quem peruenimus* Ebr. XII, 24. Abel iste probus hic reputatur typus, *g*) sed ita quidem, vt Christus longe sit iustior, sanctior. Abel enim a fratre enecatus; Christus ab iudaeis, fratribus Act. II, 22. 23. Abel sacrificium suum offerens interficitur; Christus diem obiit supremum vt offerretur. Ille testimonium ex igne caelitus delapso Leuit. IX, 14. Iudic. VI, 21. c. XIII, 19. 1 Reg. XVIII, 38. nactus, quod sit iustus, peccatis absolutus Ebr. XI, 4. hic iustitia ipsa Ier. XXIII, 6. 1 Cor. I, 30. Sed plus in antitypo: *meliora loquitur*. Illius namque sanguis clamabat vindictam; huius remissionem et vindicis misericordiam; ille minitans accusat; hic exhilarans absoluit accusatione morsibusque conscientiae. Ille queritur: interfecit me; hic orat: ego poenam lui interfectus. Mors Abelis pretiosa coram Deo ducitur; pretiosior Christi profusus cruor. *h*) Illius vltionem efflagitat, huius benedictionis omnia genera, immo quaeuis proficua. Illius sanguis erat hominis infirmi, huius

D serui

als der wahre Hohepriester an dem Altar seines Creutzes nicht allein sich selbst seinem himmlischen Vater opfern 1 Petr. II, 24; sondern er brachte auch das Rauchwerck vor das Angesicht seines Vaters, welches Rauchwerck zur Versühnung dienlich. conf. omnino LVNDIVS *I. H. lib. 1. c. 27. §. 30. fol. 130. 131.*

f) Liceat ita loqui cum GROTIO, qui c. l. *de satisfact. cap. 10. §. 29. 30.* haec in SOCINVM animaduertit.

g) AVGVSTIN. *lib. XII.* contra FAVSTVM *cap. 10.* in Abelis interfectione commendatum sacramentum, nempe Christi mortis, quae in illius morte adumbrata fuit. Isidor. Hispal. in Genes. cap. 6. occiditur Abel minor natus a fratre maiore natu; occiditur Christus caput populi minoris natu a populo Iudaeorum maiore natu; ille in eremo; iste in caluariae loco.

h) Vid. plura in DANHAVER. *lact. catechet. P. VIII. p. 82. seqq.* apprime huc facientia.

ferui ac filii Dei, vel Dei ipfius Act. XX, 28. 1 Io. I, 7. Illius ex terra; huius in coelo vocitat fanguis.

§. XL. Abel per fidem in femen mulieris promiffum mortuus adhuc λαλῆται viuens in confpectu Dei. *Loquitur*, reale exhibens iuftitiae diuinae teftimonium contra fratricidam, *i*) *loquitur* adhuc, etfi mortuus in fcriptura facra, in qua auditur, ita, vt quoties hiftoria in Mofe legitur, toties Abel quafi dicat omnibus: en! fide teftimonium a Deo pernactus fum; Quod fi iuftus reputari vis non operibus nudis, vti Cain, fis contentus, fed fide, qua ego Deo probatus fui, intucaris Mesfiam. Abel igitur loquitur, omnibus fe fiftens exemplum, qui quoque in cruce morteque conftantiam fidelitatis exhibeant, *k*) quid de mediatore eiusque fanguine dicemus? quot guttae, tot voces! loquitur ceu facundisfimus rhetor. loquitur coram patre, loquitur in facro codice, qui de eo teftatur Io. V, 39. loquitur in aeternum, loquitur in cunctis cafibus ac necesfitatibus. Nullus certe alias vehementior, nullus penetrantior putatur fanguinum clamore Pfalm. LXXIX, 10. 11. Ief. XXVI, 21. Apoc. VI, 9. 10. quam, quaefo, efficax, quanto grauior erit vox filii vnigeniti! Abelis petitio cum fuerit aduerfus fratrem audita, quidni feruatoris pro fratribus fuis? o fanctum clamorem! o grauisfimam facundiam! loquere et pro me. Nam nifi pro me interpellat tuus fanguis, faluus non fum; gemit Bernhardus..

§. XLI. Loquitur itaque pontifex nofter pro falute mortalium, et actu hoc piaculari abfolutionem redemtorum cupit prouocans ipfam iudicis iuftitiam, qua tantum abfuit, vt meritum fponforis reiecisfet, vt id potius lubens adprobauerit, praefertim cum manu quafi data promiferit pater, quod ei omnes eum ceu mediatorem fide fufcipientes donaturus fit. Hoc nullatenus resfcindi poteft λόγῳ accepto. Quo fretus patrem compellat hifce quafi verbis: Abba, voluntatem tuam feci, legem impleui, iuftitiam tuam morte placaui, en vulnera mea icta! en labores fufceptos, quorum mercedem expetere fummi iuris habetur, en piaculum fufficientisfimum! en pretium pro reis folutum! accepifti, adprobafti, defiderafti illud, ergo abfolue, quaefo, quos redemi; iuftitia tua, cui fatisfeci, adquiefcat! Quando olim Deus populo fuo ob patrata crimina iratus erat, plagam minitaturus; facerdos fummus thuribulo fuo occurrit ei, et plaga

i) Conf. GLASS. *philol. lib. I. tract. 2. p. m. 154. et 579.*

k) Hunc in modum intelligit verbum *loquitur* MARTIN dans *l' excellence de la foi. Vtrecht. in chap. X. Ebr.*

plaga auersa fuit Num. XVI, 47. quid aeterni Dei efficiet intercessio? Aesculus, cum facinorum suorum frater eius accusatus morteque plecti debet, processisse dicitur ostendens magistratui manum reipublicae caussa in bello mutilatam, quo factum est, vt fratri reo ignosceretur. *l*) Eheu! quid στίγματα illustrissimi vulnerati fratris nostri cum interpellatione coniuncta poterunt? quam efficax eius, qui pro nobis sontibus surgit, euadet deprecatio!

§. XLII. Eadem delere ac retundere quascunque illatas accusationes contra iustificandos, quibus solemni patrocinii actu praecurrit, quam firmissime docemur. Huc, ni fallor, redit mens apostoli Rom. VIII, 34. qui gaudio perfusus exclamat: *quis electos Dei peraget reos? quis condemnabit? Christus hic est, qui mortuus, immo, qui et exsuscitatus qui ad dextram Dei sedens interpellat pro nobis.* Aureum plane hic verbum ἐντυγχάνειν *m*) non sine studio seligere voluit, quod idem est ac interuenire, fide iubere, bona sua spondere vt actor patronusque caussam in se susceptam, eam tueri verbis factisue. Facillime hinc descendendum ad mediatoris summi studium; agentis rem nostram perditissimam §. 33. indicat hac ratione ἐντυγχάνειν realem, verbalem, formalem intercessionem, *n*) coll. Sap. VIII, 21. 2 Tim. II, 1. c. IV, 5. Ebr. VII, 25. legimus idem de Elia *colloquente* cum domino Rom. XI, 2. *o*)

§. XLIII. Hacce mente benignis votis suis se interponit sollicitans patrem, vt in gratiam recipiat peccatores auertatque poenam ingruentem, en actionem iudicialem! en! reum ὑπόδικον τῷ θεῷ

l) Referthoc THOM. WATSON in Ubung der Gottseligkeit *pag. 265. §. 2.*

m) OLEAR. *loc. cit. Part. I. artic. 55. pag. 857.* ἐντυγχάνω a τυγχάνω adipiscor pacem Act. XXIV, 3. salutem 2 Tim. II, 10. intercedendo imminens malum auerto. consideratur ergo hoc loco non intercessio humana, sed theandrica, solius mediatoris meritum coram Deo praesentantis Ebr. IX, 25. id. ibid. pag. 860.

n) IO. GERHARD. in *Ebr. VII, 26.* de orationis modo non leuis est controuersia. Verum negare non possumus Christum pro nobis interpellare graec. ἐντυγχάνειν. hoc enim apostolus diserte asserit - - denique alii apertissime adserunt, Christum non aliter pro nobis orare in coelo, quam in terris orabat. Et sane scripturae verba, si verborum proprietas retinenda sit, hoc significant, et plurimi veterum theologorum hoc adfirmant, nec cum Christi dignitate pugnat, cum etiam in terris potestatem omnium iam habuerit.

o) PLVTARCHVS in *Fabio:* Θεῷ δὲ ἐντευξόμεθα νῦν μὲν ὀλίγα i. e. pauca vero nunc quidem de Deo colloquemur.

Rom. III, 19. 28. Pſalm. CXLIII, 2. en iudicem totius orbis Gen. XVIII, 25! en laeſam maieſtatem! Rom. II, 5. 12. c. III, 6. c. XIV, 10. en accuſantes! ſatanam Apoc. XII, 10. ceu aduerſarium 1 Petr. V, 8. en Moſen! inſurgentem in nos per legem Io. V, 45. Rom. III, 20. c. V, 20. en dictorum cumulum! 1 Io. III, 4. Rom. V, 18. en cor ipſum ac conſcientiam! 1 Io. III, 21. Rom. II, 16. en teſtes! conſeruos nimirum et commilitones offenſos! Matth. XVIII, 31. en librum omniſcientiae diuinae apertum! Apoc. XX, 12. vbi denique aduocatus, vbi μεσίτης? hic eſt Immanuel! qui obuiam it clientela ſua deprecans iram Zach. III, 2. ſeqq. 1 Tim. II, 5. Rom. V, 11. 18. *in quem dominus occurrere fecit iniquitates omnium* Ieſ. LIII, 6. hic vindicis ſummi iuſtitiam demulcet; hic profligat incuſationes deprecatione, qua fit, vt recipiatur cliens, eique gratiae ſpatium concedatur ad reſipiſcendum.

§. XLIV. Nonne id ipſe nobis ſignificantius commonſtraturus eſt dominus noſter Luc. XIII, 7. 8. 9. qui locus vti notatu dignisſimus; ita viuo colore depingit ſalutare hoc interpellationis negotium eiusque modum, ibi videlicet de arbore quadam ſermo habetur, quae quum omni fructu deſtituta inueniatur; durisſimum ſentit iudicium: *ſuccide illam, quid impedit* (*καταργεῖ* deteriorem reddit, extrahit, occupat) *terram.* Qualem ſe hic gerit vinitor? *Domine,* rogat, *dimitte illam et hoc anno, vsque dum fodero circa eam, et miſero ſtercus et ſic quidem fecerit fructum.* Cortice parabolae huius detracta, nucleus eliciatur. Pater dominus eſt vineae Pſalm. LXXX, 9. plantans hortum, quem rigat aqua verbi ſui, martyrum ſanguine innumerisque beneficiis gratiae et potentiae, quibus eum circumſepit. Arbor iſta ficulnea populus putatur Iudaeorum Ieſ. V, 1. 2. qui iam a longo aetatis interuallo nullos pietatis fructus tulit, nec diligenti Dei culturae reſpondit; ſeu ſi mauis, totius generis humani ſtemma. Vinitor non quidem Gabriel, ſed filius Dei vnigenitus, qui in forma hortulani alibi apparuit Io. XX, 15. *is non venit, vt perderet animas hominum, ſed vt ſeruaret* Luc. IX, 56. Io. XV, 2. eum in finem fodit circa eas vomere legis ac verbi ſui; non cupit tantum, vt tempus eis ad poenitentiam agendam relinquatur, ſed et excolit ac mittit ſtercus, adflictiones, puta Rom. II, 4. exhortationes, benefacta, quibus ornatis ad meliorem frugem reducantur; *p*) immo votis, lacrymis *q*) euangelii praedicati laetamine, odore cognitio-

p) Vid. FESSELIVS in *Chriſto myſtico pag.* 1053.

q) GREGOR. NANZIANZENVS cit. a WEIHENMEIERO in der Feſt-Poſaune

gnitionis sui per apostolos manifestatae 2 Cor. II, 14. eos fructificaturus.

§. XLV. Quis erit tam luscus, quin ex hisce indolem intercessionis Christi luculentius perspicere possit? quis est, quin flagrantem eius amorem, vigilemque curam pro nostra salute hinc deprehendat? quam multa eheu! inutilia terrae pondera, quam multi emortui trunci, quorum ad radices securis iudiciorum posita, iamdudum essent excisi et in ignem aeternum coniecti! quam multi peccatores pleno in cursu nequitiae sublati, et exstirpati, nisi vigilis viguisset oratio seruatoris, qua tela vibrantia, quoad fieri potuit, detinuisset? Quoties, quaeso, huius intuitu iudex nobis ὑπεριδὼν Act. XVII, 30. delicta condonauit? quanta nostris capitibus pericula imminentia auertit pontifex noster? differ, leniens tonantem prece sua, vindictam! locum inter crimina conuersionemque expectandam sit reliquus! in ira tua corripere noli, nec in furore arguere, clemens sis Iehouah! o illustrem patronum! o fidelem fautorem! qui nullo tempore execrationem Gen. IX, 25. numquam tremenda iudicia 1 Sam. XXIV, 13. vel ignem hostes vociferantem Luc. IX, 54. sed iugiter indulgentiam efflagitat.

§. XLVI. Id quod spiritus s. sub paroemia delineauit, euidentius alibi exponit clarissimis oraculis 1 Io. II, 1. 2. vbi discipulus, quem Iesus adamauit, gloriatur: *habemus aduocatum apud patrem, IESVM Christum, iustum; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solum, sed et pro totius mundi peccatis.* Haud ita multo ante ad ingenuam delictorum confessionem excitauit variis argumentis, quibus a via praua errantes deduceret: iam autem eosdem erigere vult quaestione remota, qua ei obuiam ire potuissent: quid, occlamantes, cum peccauerimus, faciendum? estne desperandum, an superest spes remissionis, dum viuimus? *si quis*, respondet, *peccauerit, habemus patronum*; sin iniusti simus, ille est *iustus*, sanctus, verax, immo ipsa *propitiatio* pro peccatis nostris. *r)* Quot

D 3 verba,

Posaune *Part. II. pag.* 1044. lacrymae realis illa intercessio fuerunt, per quas tempus poenitentiae iudaeis impetrauit, et peccata expiauit, irae diuinae ignem restinxit.

r) Plane hic alia formula vtitur apostolus Christi, ac DEMOCRITVS im Beweiß *pag.* 248. vbi negare temere audet Deum debita remittere posse, nisi ea funditus essent deleta ac radicitus exstirpata; quod si factum fuerit, supersedere possemus merito ac intercessione Christi. conf. BERND *loc. cit. pag.* 185. 186.

verba, tot pondera! ex quibus vnum vel alterum aequa animi lance ponderabimus.

§. XLVII. Quid hic ſibi vult vox παράκλητος? alii iam dudum de hac voce probe obſeruarunt, illam nuſpiam in tota ſcriptura ſ. vſurpari, niſi in valedictoria Chriſti concione Io. 16. et noſtro loco, eoque ipſo conſolationem hanc ſine exemplo ſublimiorem eſſe. *s*) Paracletus autem notante Vlpiano *t*) dicitur ille, qui inuitatus accedit patrocinio ſuo, qui cuidam ſuccurrit eiusque cauſſam tuetur, quid? quod poenam declinat atque innocentiam docet. Et ita Chriſti officium, de quo agimus, diſerte deſcribi exiſtimo. Venit enim deſideratus Gen. XLIX, 18. vocatus Pſalm XIV, 7. Luc. X, 24. praeſto eſt quauis occaſione nobis ſubueniendi rem noſtram dicendi contra maleſuadentes Luc. XXII, 31. ita, vt non erudiat modo fideles, quo modo in talibus caſibus ſe gerant; ſed et eorum παράκλητος exiſtat quatenus θεάνθρωπος et *iuſtus*, *u*) qui foedus ac promiſſa ſua minime reſcindere queat, ſuſcipiens in ſe mortalium culpam, pro iis mortuus isque *apud patrem* Chriſti aeque ac fidelium, apud quem lis agitur, hunc *habemus*, non a nobis eligitur, ſed qui iamiam conſtitutus mediator et vnctus interceſſit ab aeterno, in diebus carnis et adhuc orat in noſtrum emolumentum. Ieſus idcirco communis eccleſiae ſuae aduocatus habendus, et vox paracleti complectitur totum patrocinii officium, conſolationem, conſiliorum

s) D. GERHARD. *harmon. cap.* 176. *pag.* 499.

t) Ex DEMOSTHENIS *orat.* περὶ παραπρεσβείας ἐκ παρακλήσεως ἐλθὼν συνηγορεῖται.

u) GOODWIN geiſtreiche Schriften *pag.* 110. *ſeqq.* ein aduocatus und Fürſprecher vor Gericht pflegt gebraucht zu werden in Rechts-Sachen, da man ſucht, was recht iſt. So erzeigt ſich Chriſtus beym göttlichen Throne, indem er auf ſeine Genugthuung dringet, wie der Apoſtel bald darauf ſaget: es iſt die Verſöhnung = = will uns die Gerechtigkeit verdammen, ſo hält er derſelben für, daß ihr durch ſein heilig Leben und unſchuldiges Leiden völlig und überflüßig genug geſchehen ſey. Und daher hat er nicht nur die Barmhertzigkeit GOttes, ſondern auch die Gerechtigkeit GOttes auf ſeiner Seite für ſich, wenn er für uns bittet, daß ihm ſeine Bitte nun auch von Rechtswegen nicht kan verſaget werden; weil die Gerechtigkeit GOttes befriediget iſt, und nichts mehr zu fodern hat. Wenn er auch für die gröſten Sünder bittet, ſo bittet er nichts unbilliges. Denn er hat für alle Sünden aller Menſchen genug gethan, das iſt eine klare und ausgemachte Sache,

filiorum ſuggeſtionem, defenſionem coram tribunali clientis de ſua cauſſa diffidentis. *x*)

§. XLVIII. Equidem ὡς ἐν παρόδῳ hic animaduertere iuuabit, hunc titulum cuique trium perſonarum tribui: attamen diuerſa prorſus ratione. Deus pater dicitur παρακαλεῖν, quippe qui ſua contulit ad opus expiationis, dum medium pro ſumma ſua ſapientia inuenit, quod conſentaneum erat iuſtitiae aeque ac bonitati, approbando conciliationem a filio ſuſceptam, mittendo eum in mundum, gratiam rebellibus offerendo, immo mandando, vt ſibi nos ab eo alienati reducamur per Chriſtum, non imputando nobis peccata 1 Cor. V, 18. 19. Sed accipiendo ſponſoris pretium, quaſi illud ipſi debitores ſoluiſſent, et adiudicando omnibus fidelibus iuſtitiam a ſeruatore partam in iuſtificationem atque ſalutem aeternam.

§. XLIX. Quem caeterum latet, quod quoque ſpiritus ſanctus eodem paracleti cognomine appelletur Io. XIV, 16. c. XV, 26. c. XVI, 7. quippe cuius eſt, conuincere et arguere obloquentes. Ita quae hic dicuntur, omnino intelligi debent ex more agendi cauſſas, qui apud iudaeos obtinebat. Iam vero inter illos tria erant litium genera 1. publica iudicia περὶ ἁμαρτίας ſiue de criminibus, quae iudicia ſita erant in condemnatione eorum, qui in Deum peccauerant, 2. defenſio iuris aduerſus oppreſſionem vel inuaſionem vel falſum teſtimonium, quae vocabatur *de iuſtitia* 3. lis intenta ei qui deliquerat in proximum, furto caet. In tribus hiſce capitibus ſpiritus ſ. futurus fuit Chriſti παράκλητος aduerſus malos, qui eum repudiarant et in crucem ſuſtulerant: ſuſcepturus in ſe actionem aduerſus mundum de peccato reiectionis. Secunda aduocatio ſpiritus ſ. pro ſeruatore futura erat in probanda eius innocentia. Tertia actio erat iudicii ſeu de poena talionis *y*) infligenda Satanae hoſtibusque Chriſti, qua conuincit mundum περὶ κρίσεως *z*)

§. L. Nihilo tamen minus idem audit ſpiritus Dei aduocatus fidelium intercedens atque gemens in illis, eosque ingemiſcentes faciens,

Sache, welche beym Thron göttlicher Maieſtät auch nicht geleugnet wird.

x) Conf. huc AVGVSTIN. *quaeſt. 88. in N. Teſtam.* nec non DANHAVERVS *hodoſoph. phoen. 9. p. 930. ſeqq.*

y) Vid diſſertat. theolog. noſtra de *poena talionis exemplis biblicis illuſtrata* Halae ſub praeſidio D. IOACH. LANGII venerandi praeceptoris habita 1715. Sect. 2. p. 23. ſeqq.

z) Fuſius de hoc ſpiritus ſ. patrocinio agit HAMMONDVS *in Ioh. XVI, 7. fol. m. 463.*

ciens, *a*) quatenus ceu magiſter libellorum ſupplicum, ac *ſpiritus precum* Zach. XII, 10. eos orare docet ſuauiſſima περιχωρήσει, *excitans* eorum animos ac commouens ad vota proferenda; quem in finem eorum aperit oculos mentis, quibus non ſuas tantum aliorumque miſeriam et propter eas auxilii diuini neceſſitatem rite ſentiant; verum etiam ſummum Numinis erga iuſtos amorem ac pronam voluntatem probis ſubueniendi, curatius expendant; *inſtruens* et opera ſua ad preces illorum conferens, quando monet eos, quaenam ſint a caelo poſtulanda, quae ſit legitima precum ratio, qua eae fundi debeant, *ſuccurrens* ſuſpiriis ἀλαλήτοις Rom. VIII, 26. 27. quorum tanta vis, grauitas ac foecunditas, vt magis ſenſu percipi, quam ſermone quodam exprimi queant; *b*) *confirmans* et erigens eos, quo hilari mente expectent bona, quae efflagitarunt Rom. VIII, 15. Galat. IV, 6. Epheſ. VI, 18. 20. qua de cauſſa ei competit τὸ ὑπερεντυγχάνειν Rom. VIII, 26. tamquam aduocatorum proprium; qui clientibus ſuggerunt verba, reorum cauſſas agunt, eisque occurrunt *c*) quauis occaſione.

§. LI. Liquet ex hiſce, quaenam ſit ratio ac differentia interceſſionis et Chriſti et ſpiritus ſancti. *d*) Sicuti namque hic ἄλλος παράκλητος

a) Sic interpretatur AVGVSTIN. *lib. 2. de trinit. cap. 3.*

b) Legi merentur, quae de eiusmodi precibus pie ſcripſit IO. ARND. de *vero chriſtian. lib. III, cap. 19.* RAMBACH. *l. c. pag. 591.* DANHAVER. *hodoſoph. pag. 490. 954.* OLEAR. *l. c. 557.* et DIETERICVS *annal. euangel. pag. 259. 267-269.*

c) Libet verbis hic vti H. GROTII *in Rom. VIII, 26.* quocum conf. CLAVD. ESPENCAEVS de *Chriſto mediat. c. 11. pag. 294.* THOMAS. *lib. 3. qu. 21. artic. 4.* nec non DIONYS. PETAVIVS *theol. dogmat. de trinit. lib. II. c. 6. §. 5. pag. 90.*

d) Diu multumque inter theologos hic in diuortia ſententiarum abeuntes diſceptatum fuit de modo ἐντεύξεως ſpiritus ſancti. Alii admittunt *formalem et propriam,* qua pro nobis oraret, ea tamen indole, quae eius diuinitati conueniret; ita ſentiunt STEPH. GERLACHIVS *tom. I. diſput. 6. pag. 604.* DANHAVER. *hodoſoph. phoenom. 9. § 42. 43. p. 724.* IO. GERHARD. *ſchol. pietat. lib. 3. cap. 21. p. 592.* qui tamen mutauit mentem *harm. euangel. c. 176. p. 1305.* KOENIG *theol. poſit. p. 154.* LAVRENT. *in Rom. VIII, 26. p. 285.* Alii autem malunt *effectiuam,* vt AVGVSTINVS *tract. 6. in Io. tom. 4. part. 2. oper. p. 241.* cuius verba citata legas, vti plura huc apprime facientia in programmate Ienenſi *de interceſſ. ſpiritus ſ. 1735. p. 6. ſeqq.* GREGOR. NAZIANZ. *orat. 36. tom.*

κλητος in cordibus apoſtolorum ac fidelium, quibus Meſſiam glorificat, Io. XVI, 14; ita Chriſtus ad patris dextram ſedens, intercedit. Vtriusque παράκλησις vera, efficax, ſalutaris, at, cum ſpiritus ſ. exiſtat θεική; ita Chriſti θεανθρική. Spiritus aduocatus nuncupatur ob conſolationem, conuictionem atque auxilium in infirmitatibus latum; Chriſtus vero ob mediationem, redemtionem aut reconciliationem, et hoc modo ſolus, *vnicus mediator Deum eſt inter et homines, nempe homo Chriſtus Ieſus* 1 Tim. II, 5. qui ſponſor et paracletus πρὸς τὸν πατέρα 1 Io. II, 1. cum ſpiritus ſ. non πρὸς, ſed κατὰ τὸν Θεὸν interpellet Rom. VIII, 27. hoc eſt, ſecundum voluntatem diuinam nos doceat, quod ea, qua Numen dignum eſt, precari debeamus, ratione.

§. LII. Verumtamen ad ſcopum noſtrum reuertamur, qui eo tendit, vt in modum atque praeſtantiam aduocatiae ſeruatoris noſtri paullo penitius inquiramus, quam praeclare enodant verba illius Elihu. Iob. XXXIII, 23. 24. 25. 26. *Si fuerit*, fantis, *apud eum angelus interueniens vnus ex mille, tunc miſerebitur eius, et, redime, inquiet, illum, ne deſcendat in corruptionem; inueni propitiationem, deprecabitur Deum, et reddet homini iuſtitiam ſuam.* Vbi docetur, quod cum homo morbis, vti Iobus, aut caeteris calamitatibus a Deo caſtigatus fuerit, adeo, vt nil niſi terror aeterni cruciatus reliquus ſit, intercedat *angelus* foederis coll. Gen. XVI, 7. Exod. XXIII, 20. *interpres*, cuius mediatione pater miſereatur hominis, nec morti tradat aeternae. Haud quidem nos latet, permultos dari, qui haec oracula iam de Michaële; e) iam de alio angelo creato; iam de miniſtris eccleſiae, eorumque precibus f) pro aegroto Iac. V, 14. 15. intelligunt. Sed nihilo tamen ſecius haud pauci patrum noſtratiumque

E

tom. I. oper. p. 587. PHILIP. MELANCHTON in *Rom. 8. pag. 221. 222.* AEGID. HVNNIVS in *Rom. VIII, 26. tom. 4. oper. latin. p. 75.* BALDVINVS *h. l. p. 159.* CALOVIVS *loc. theol. tom. 7. p. 574.* id. bibl. illuſtrat. *N. T. p. 790.* GLASSIVS *philol. p. 805.* SEB. SCHMID. in *Rom. p. 488.* BVDDEVS *medit. ſacr.* LANGIVS im Licht und Recht *P. I. p. 105.* WOLFIVS *cur. philol. in epiſtol. Paulli p. 153.*

e) De quo interpretatur BELLARMINVS *lib. I. de beatit. ſanctorum pag. 19.*

f) Ita CHEMNITIVS *exam. concil. trident. part. 3. fol. 192. 193.* IO. GERHARD. *loc. de morte §. 454.* P. TOSSANVS *adnotat. bibl. h. l. n. 46.* IO. CLERICVS *h. l. fol. 137. a.* edit. Amſtelod. 1731. commentatus: quia pontifex maximus dicitur angelus Iehouae Mal. II, 7. et melits doctorem ſignificat Ieſ. 43. qui tamen tandem ibidem ipſe confitetur. de

que doctorum ſunt, qui id potiori iure ſoli Dei filio vindicant, *g*) quod et magis συναφεία textus conuenit. Vocatur enim vnus ex millibus, מני particula exceptiua, qua ſegregatur abs creatis angelis, quos longe antecellit: dicitur מלאך מליץ legatus interpres *h*) collat. Mal. III, 1. Ieſ. LXIII, 9. Ebr. III, 1. in quo nomen Iehouah Exod. XXXII, 11. qui inuenit propitiationem, vt omnium pater miſereretur. Ebr. IX, 12.

§. LIII. Ex quibus ſimul apparet, quare eamdem interpellationem ἱλαστικὴν ſupra nominauerimus, quia nempe merito Chriſti ſuffulta

de Chriſto melius explicandum addens : מליץ est non tantum interpres, ſed et internuncius et patronus, quem Chaldaeus vocat phraklitha h. e. παράκλητον.

g) SEBAST. SCHMIDIVS *commentar. in Iobum pag. 1264.* profligata aduerſariorum ſententia ita ſcribit : conſtitutus Chriſtus ad hoc a Deo, vt homini cuicumque adnunciet ſuam, quam pro ipſo ex ſponſione pro toto humano genere habet, rectitudinem, h. e. ſi homo in Meſsiam promiſſum credens ſub iſta tanta adflictione et in fide patienter perſeuerans ; tum miſeretur eius Deus. Sic quoque intelligunt GREGOR. *M Gloſſ. ordin. et Rabbi* HAPPENINI in *Bechinat. olam coll.* CALOVII *ſyſtem. theol. tom. 4. p. 130.* et PFEIFFER. *dub. vexat. centur. 3. loc. 41. p. 513. ſeqq* per malach melits angelum paracletum intelligitur angelus increatus, μεσίτης noſter, quia ipſi vni et ſoli, nulli vero ſpirituali angelo creato, nec vlli viſibili angelo, ſeu verbi praeconi conueniunt praedicata, huic angelo tributa v. 23 - 30. quae omnia ex textu ſolide probari queunt. Vid. et ſis D. HENR. MICHAEL. diſputat. *de angelo interprete.* D IOACH. OPORINVS in der erläuterten Lehre von den Engeln *pag. 12. ſeqq. p. 21.* - pulcre huc loquitur: Hiob der Araber weiß gleichfals ſeinen Vorſprachs-Engel von denen andern erſchaffenen Engeln genau zu unterſcheiden, und da ſeine weit herum wohnende Freunde ſich der Lehre Jobs in andern Stücken kundig und zugethan erklären ; ſo ſiehet man den Glauben der damaligen Völcker in Arabien und der Nachbarſchaft, cet.

h) Egregie IO. BRENTIVS in *Iob. pag m. 1171.* ſi lex intus occiderit per peccatum, et foris crux morte comitata adflixerit, quo confugiendum eſt ? reſpondet Elihu, euangelii energiam clariſsime ob oculos ponens, ſi fuerit pro eo angelus mediator, h. e. territa per legem conſcientia et toto homine per crucem concuſſo, non eſt alia ſpes, quam in euangelio, in Chriſto Ieſu, domino noſtro, qui eſt magni conſilii angelus, mediator ac interceſſor inter Deum et hominem, qui eſt propitiatio, pax, redemtio et ſanctificatio noſtra. Nam pro mediatore hebraeus habet מליץ quod a ליץ deſcendit, et ſignificat mediare verbis.

ta ſit §. 29. at non viciſſim. E contrario inique agunt aduerſarii, exiſtimantes, ſatisfactionem interceſſione niti, at CVRCELLAEVS i) vult, diſſerens „vt poſtea rediuiuus et in caelum ſublatus ſe Deo in „caeleſti ſacrario offerret, et pro nobis intercederet, atque ita pec„cata noſtra expiaret, ne vmquam propter illa ſeuerum Dei iudicium „ſubire cogeremur - - - non ergo vt vulgo putant, ſatisfecit patien„do omnes poenas, quas peccatis noſtris merueramus.„ Qui errat nec nouit ſcripturam, quae ſecus omnino ſentit, tradens, Chriſtum holocautomate ſuo in ſanctum ingreſſum, vbi pretioſiſſimum ſanguinis λύτρον patri ob oculos ponat, *ſemper viuens, vt interpellet pro nobis* Ebr. VII, 25. Miſerrimi quidem huius farinae homines aeſtumare magni videntur interceſſionem, quippe qua ſuffultam ſatisfactionem dicunt: verum ὕστερον πρότερον facientes eo ipſo eandem minuunt, ſibi imaginantes, Chriſtum precibus Deum mouere, quo ſatisfactionem ratam habere eique valorem addere vellet, vti iam ſupra §. 27. monuimus,

§. LIV. Nos quidem haud praeterit, non tantum veracitatis, ſed et iuſtitiae ipſius diuinae eſſe, ſtare promiſſis. Filius hodie i. e. ab aeterno genitus vocatusque ad arduum hoc expiandi negotium Ebr. V, 5. 7. iuſſus fuit poſcere. Nam huc tendit Pſalm II, 8. *poſtula a me, et dabo tibi gentes haeredes orbisque finem proprium.* Cui dicto audiens iure pontifex noſter efflagitat: da peculium, da populum, da orbis fines mentiri neſciens! hoc oraculum quoque, vti notatu digniſſimum noſtra in re, ita non ſacerdotale domini officium ſolum; ſed et regium oſtendit. De Meſſia illud agere, erudimur Act. XIII, 33. c. IV, 24. Ebr. I, 5. nec denegant iudaei ipſi. k) De ſacerdotali eius muneris intelligendum eſſe, ex Ebr. V, 5. conſtat; vnde hinc Auguſtinus bene comprobat non tantum et euincit, tantam tamque reconditam eſſe ſacrarum litterarum vbertatem, vt ſaepe ſub iisdem verbis diuerſiſſimos pandant ſenſus; ſed etiam vel hocce vaticinio eos refutare poſſumus, qui Chriſto indignam plane ducunt interceſſionem, eiusque gloriae multum detrahi, ſibi imaginantur.

i) *Inſtitut. relig. chriſtian. lib. 5. cap. 19. §. 14. p. 300.* cum quo haud pauci faciunt allegati et caſtigati in D. WALCHII hiſtor. und theol. Einleitung in die Religions-Streitigkeiten auſſer der Luther. Kirche *Part. 3. c. 4. pag. 642. ſeqq. et P. 4. cap. 5. pag. 483. ſeqq.*

k) Vid. HACKSPAN. ad LIPMANN. *p. 344.* LIGTFOOT *hor. hebr. ad ad Io. V, 17. 10.* PEARSONIVS *ad artic. 6. ſymboli apoſtolici* D. LANGIVS *cauſſa Dei tom. 2. p. 643.*

tur. Maxima fane fuit dignitas, facerdotio ornari. Praeterea Meffias rex eft, cui data omnis poteftas fecundum humanam naturam, qui regnat in ecclefia. Non quidem commifcendum regium cum facerdotali officio; fed tamen abfit, vt nobis feruilem plane mendicationem fingamus. *l*) Is, credas, petit, qui ab aeterno filius declaratus fuit, rex atque facerdos.

§. LV. *Sacerdos*, inquam, *in aeternum dictus* Pfalm CX, 3. *m*) feu παραγενόμενος Ebr. IX, 11. hoc eft, *qui hodie et heri idem exiftit* Ebr. XIII, 8. in aeterno confilio conftitutus humani generis pontifex, patronus, mediator, adeo, vt nullatenus eo demum tempore, quo humanis pannis veftitus et ex iis exaltaturus fuit, coeperit facerdotio fungi. *n*) Quae quum probe notauerimus, facem habebimus accenfam, qua permulta codicis facri loca colluftrantur: haec aperient campum quam latiffimum, exfpatiandi in elogiorum myfteria diuina.

§. LVI. Quis, quaefo, eft, qui in confilio pacis adami lapfi, immo totius humani ftemmatis, quo in gratiam rediret, dixit cauffam? haud in fidei analogiam impingam, fi dixero: *Adamus alter, per quem multi conftituuntur iufti* Rom. V, 19. benedictum illud femen mulieris, et *cauffa aeterna falutis* Ebr. V, 9. hanc quoque rationem effe duco, quare ὁ λόγος vocatur, quia *o*) non folum animum patris explicat Ebr. I, 1. fed etiam noftram cladem cernens pro nobis verba fecit ac facundiffime locutus eft. „Nequaquam igitur hic Meffias „petiit, vt caput, feruator atque redemtor fieret, vel ne hominum „pecca-

l) Hoc docte adnotat IO. CLERICVS *in h. l. fol. m.* 187.

m) Et hunc Pfalmum de Meffia explicant loca n. t. e. g. Matth. XXII, 43-45. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42. Act II, 34. Ebr. V, 16. vti et non pauci iudaei. Vid. MICHAEL. *h. l.*

n) MOLLERVS in *Pfalm. II, 8. praelect. fol.* 12. *No.* 3. hoc dictum oftendit, filium fuiffe interceflorem ab initio, non tunc primum, quando affumit humanam naturam, vt Stancarus imaginatur.

o) LVTHERVS in *genef fol.* 41. *a.* haec oftendunt, Chriftum liberatorem noftrum fe tunc quoque tanquam mediatorem interpofuiffe inter Deum et hominem. id *tom.* 4. *Altenburg. p.* 100. *a.* Dieſes Prieſterthum währet von der Zeit an, da die Welt angefangen hat, bis ans Ende. Durch dieſen Prieſter haben Adam und Eva müſſen abſolviret werden; ſo auch der letzte Chriſt, der noch gebohren werden ſoll. Er iſt eine ewige Perſon VALER. HERBERG. *magnal. fol.* 15. er wird das Wort genennet, weil er uns das Wort an den himmliſchen Vater redet; er iſt unſer Advocat, Beyſtand, Vormund, Fürſprecher.

„peccata Deus curaret, nec vt id, quod perditum in lapsu homini „duplici modo praestaret, vti PETRVS POIRET *p*) praetendit.

§. LVII. Quamuis hic iterum iterumque monemus, quod, cum Messias iam veteri in foedere intercessisse dicatur, non verbalem, sed realem intercessionem intelligamus, quae alias interpellatio per analogiam nuncupatur; quatenus nimirum merito, sponsione, et satisfactione exhibenda mouit patrem, vt propitius reddatur. *q*) Spontanea haec eius oblatio ad redemtionis opus, in quod fidei oculi iudaeorum erant intenti, re ipsa erat intercessio: vti ea, quae iamiam offertur, quotidiana persoluti meriti adplicatio existit. *Agnus ab initio mundi mactatus* dicitur typice Apoc. XIII, 8. quidni et sacerdos, patronus interpellans ab initio, qui per ardentissimae caritatis suae magnitudinem non potuit, quin quibuscunque rationibus placaret Numen?

§. LVIII. Quis est igitur, cuius in horto ambulantis vocem audiebant protoplasti? Gen. III, 8. Messias, qui suam philantropiam testaturus transgressores haud auersatus, ad quos ceu medicus (quo simili h. l. Chrysostomus vtitur) aegrotantes, poenas, quas commeriti erant, aeternas mitigaturus. *r*) Quis est, qui interuenit, cum creatorem peccatis incitatum creati hominis poenituerit, vt minitaretur: *quos condidi, ex terra perdam:* Gen. VI, 6. 7. homo iste *s*) *cuius gratia non amplius terrae male dicturus* Gen. VIII, 21. *homo* inquam, *in gratia* Rom. V, 15. quo mediante Noah fauorem inuenit holocausto ex fide in Christum oblato, ita, vt grato eius percepto odore repetat benedictionem Gen, IX, 1. 2. quae per solum messiam nobis contingit Gal. III, 8. 9.

E 3 §. LIX.

p) *Oeconom. diuina lib. 3. cap. 5. tom. 1. pag. 646.* sed prolixius refutatus a D. IAEGERO *examin. theol. nouae p. 361. seqq.* et D. LANGIO *differt. antipoiret. dodecad. XI. differt. 1.*

q) Vid. BECHMANN. in HVTTERVM *quaest. 36. §. 48. pag. 196.*

r) Ita AVGVSTINVS intelligit *de ciuit. Dei cap. 3.* TERTVLLIAN. ad *Praxeam :* HILARIVS *lib. 12. de trinit.* IVSTIN. MARTYR. *dialog. cum* TRYPH. CLEMENS ALEXANDR. *lib. stromat. citatus a* WALTHERO *in harmon. bibl. p. 73. 74.*

s) Legi hic omnino merentur, quae COCCEIVS *in h. l.* notauit; WALTHERVS *harm. bibl. p. 144.* et RAMBACH *obseruat. exeget. de homine, cuius caussa non amplius terrae Deus maledicturus :* nec non HERBERG. *magnal. fol. 107;* in verba : um des Menschen willen, darum ist allhie dieser Mensch Christus JEsus, 1 Tim. 2, 5. und nennet sich der HErr JEsus selbst uns zu ehren also, Matth. 13, 24. Jes. 45, 8.

§. LIX. Quis eſt, in quo ſemen Abrahae prae caeteris gentibus benedictum? Gen. XII, 3. c. XV, 5. c. XXII, 17. Chriſtus Galat. III, 16. is, in quo omnes promiſſiones ſunt ratae 2 Cor. I, 20. in cuius manibus quaeuis beneprecatio ſita Ieſ. LXIII, 9. Nequaquam enim in Iſaaco omnes gentes felicitatem et corporis et ſpiritus nactae ſunt, ſed in ſolo Chriſto Rom. IV, 16. 15. Quis eſt, cuius nomine Iſaac Iacobo bene optauit? Gen. XXVII, 27 - 29. is, in quem fide ſperabat Ebr. XI, 20. is, a quo ſalutem et omnia bona religioſe petit Gen. XLVIII, 15. angelus redemtor v. 16. 17. coll. Ebr. XI. 21. *t)* Quis eſt, qui patriarcharum ſacrificia ac preces gratas reddidit? is, ad quem reiectis holocauſtis ducti Pſalm XL, 7 - 9. cuius nomine orare ſolebant Pſalm. LXXIX, 9. Pſalm LXXXIV, 9. 10. electi iam tum in *regale ſacerdotium* Exod. XIX, 6.

§. LX. Quis eſt angelus, quem pater miſit ducem coram populo Iſraelitico? Iehouah Exod. XIII, 21. c. XXXII, 2. petra illa, quae concomitabatur 1 Cor. X, 24. filius altiſſimi, nondum quidem carne veſtitus, ſed tamen vi futurae incarnationis iam aliquatenus mediatoris partes ſuſcipiens. *u)* Et quid dicam de arca foederis, ad quam orantium conuerſae facies debebant? coll. Eph. III, 12. Quid de ſuffitibus crebris, quid de caeteris cultus leuitici partibus Chriſti pontificatum adumbrantibus, dicam? per quem velo intergerrino ſciſſo *liberum habemus acceſſum in ſanctiſſima coeli* Ebr. X, 19. 20. *x)*

§. XLI.

t) TERTVLL. *lib. de baptiſmo, cap. 8.* Iacob manibus transuerſim in ſe obliquatis benedixit, vt Chriſtum deformans iam tunc protenderet benedictionem in Chriſtum futuram.

u) RIVETVS ſup. *Hoſ. cap. 12. pag. 377.* de Meſſia interpretatur nec non GERHARD. *exeg. lib. 3. de SS. trinitate §. 140.* SEB. SCHMIDIVS *coll. bibl. P. I. p. 122. ſeqq.* D. OPORINVS *tract. de angelis*: Es iſt gantz klar, daß die von Mose aufgezeichnete Erscheinungen des unerschaffenen Engels, welcher in forma ad tempus κατ' οἰκονομίαν adſumta et ſibi παραστατικῶς vnita vor seiner Menschwerdung sich sehen ließ, dieser offenbahrte sich erstlich durch Stimmen, hernach durch sichtbare Erscheinungen, da er bald Anfangs deutliche Vorspiele seiner künftigen Wohnung im Fleische durch mancherley sichtbare Erscheinungen auf Erden blicken ließ.

x) Prolixius hoc egerunt TAYLOR in *Chriſto reuelato.* LVNDIVS in J. H. *fol. 109. 129. 131. 147. 148.* BRENTIVS in *Leuit.* Chriſtus omnia eſt in holocauſtis et caerimoniis ipſius. Ipſe ſacerdos ſeu pontifex eſt, et ipſe holocauſtum et altare.

§. LXI. Quis est *ille propheta* vel potius internuncius, interpres, ita enim נביא sumitur Exod. VII, 1. Leuit. I, 5. qui promittitur *instar Mosis* Deut. XVIII, 15.? Christus, qui, quod vidit apud patrem, loquitur Io. VIII, 38. *sicuti Moses*, inquam, mediator foederis, nam negatur Deut. XXXIV, 10. post Mosis mortem surrexisse praeconem talem, qui Iehouam viderit facie ad faciem conuersa coll. Io. V, 45. *y*) De Messia egregium hocce vaticinium exponitur Act. III, 22. 23. 24. et scopus illius totus huc redit. De sacerdotibus sermo erat, populus vero postulat mediatorem dicendo: *ne addam audire Iehouae vocem, neque ignem magnum istum videam amplius, ne moriar* Deut. XVIII, 16. Quod votum Numen adprobat: *bene*, respondens, *egerunt in hoc quod locuti sunt* v. 17. sed en! quid amplius declarat, Mosemne eis intercessorem atque internuncium constituit? nequaquam. *Alium* largiturus, cum Moses iste non esse potuit, qui verus meliorue eorum redemtor existat, *cui obedire debeant*, *cuius in ore verba sua positurus loquatur eis omnia quae praecepta* v. 18. 19. qui coniunctissimam familiaritatem hominum cum Deo igne alias aestuante Deut. IV, 24. Ies. LIII, 14. restitueret; hoc modo verus pro trepidis reis caussa patronus atque sacerdos pro mortalibus offerens dona Ebr. V, 1. constitutus. *z*)

§. LXII. Quis est, qui 1. Samuel. II, 35. praedictus, vbi dominus: *suscitabo*, promittit, *mihi sacerdotem fidelem, et transibit in conspectu meo omnibus diebus?* vt in Salomone verum regem ita in Zadoko Summum pontificem nostrum Iesum digitis quasi monstrat, testante AVGVSTINO *a*) et LACTANTIO. *b*) Quis est, qui orat, *vt Deus misereatur Hierosolymae vrbiumque Iudae* Zach. I, 12.? angelus Iehouae eiusque faciei LXII, 9. qui increpat Satanam et transire facit iniqui-

y) Vid. CLERICVS in *Deut. XXXIV. 10. fol. m. 546.* vbi et Iudaeorum veterum consensum apprime citauit et D. MICHAELIS: hoc nec Iosuae nec alii cuidam competit secund. c. XXXIV, 10. et Num. XII, 6. 7. sed Messiae, qui Mosi non tantum par, verum etiam superior est. Io. III, 31. Ebr. III, 2. agnoscunt id rabbini in Zalkut ad Ies. LIII, 13. et Baal Turim ad h. l.

z) SEB. SCHMIDIVS *coll. bibl. P. I. p. 279. seqq.* REINBECK. Betrachtungen *in aug. conf. P. III. p. 98. 99. 462.* eximie in Deut. XVIII, 15. de solo Christo intelligendo scripserunt. idem praef. ibid. p. 27. contra Wertheimensem Messiae, mediatori, vindicat.

a) De *ciuit. Dei lib. 17 cap. 5.*

b) Lib. *de vera sapient. lib. 4. cap. 14. p. m. 279.*

iniquitatem eius Zach. III, 1. 2. 3. 9. c) qui ipſe *Iehouah* nominatur, *ſacerdos in ſolio ſuo* Zach. VI, 12. 13. ſub quo creſcet *aedificandum domini templum.* Quis denique eſt, cuius nomine vir deſideratiſſimus genua flectit, *exaudi*, orans, *nos per Dominum* Dan. IX, 3. 17.? is, ob quem acceptae preces v. 18., qui *ſuo nomine* nobis rogare praecipit Io. XVI, 23. 24.

§. LXIII. Ita quaeramus, ita pio nos conamine percontari decet ſacrarium codicis diuini, in quo pontificem invenimus ſanctum, ſummum, aeternum, qui heri et hodie, *de quo Moſes ac prophetae cecinere* Io. I, 45. c. V, 45. Et quamlibet lineas tantum qualescunque duxerimus imaginis ſacerdotalis muneris, vel ex his tamen conſtabit, quam perennis, quem infiniti pretii ſit tanti mediatoris patrocinium! id quod fidelibus antiqui foederis haud plane incognitum euaſit. Effectum namque eius videmus ex dignitate orantis. Is rem peragit, qui verus filius Dei non gratiae, ſed naturae vocatur, cui quid denegari poſſet? non percipio. Luc. XI, 11. 13. non nudus homo, ſed ipſe *Deus benedictus laudandus in ſaecula ſaeculorum* Rom. IX, 5. §. 26. is cupit, cuius omnia ſimul in poteſtate ſita ſunt, quae compertire valet; ex cuius plenitudine haurimus gratiam pro gratia. Si multum valent Eliae, hominis infirmi preces, ita, vt claudat iisdem feratque caeli feneſtras Iac. V, 17. quid de Immanuele praedicemus? Et ſi coruos creator audit, quidni gratum ſuum implorantem auditurus?

§. LXIV. E re noſtra igitur erit, propius accedere ad auguſtiora, qua ex interpellatione tam grauiſſimi oratoris capienda, emolumenta. Vbi nullus dubito, quin unacum eccleſiae doctoribus ſit adfirmandum, mortem quidem Chriſti eſſe medium adquiſitionis; interceſſionem vero appropriationis ſalutis aeternae. *d*) Hanc opimam quaſi praedam impetrauit ſanguine ſuo, quam iamiam fidelibus diſpenſat, parta gratia dignis. Hoc, ni fallor, ſummis extollit encomiis Paullus Ebr. VII, 25. *beatos reddet ſemper, qui per eum veniunt ad Deum, factus omnibus auctor in ſalutem aeternam dictus a Deo*

c) Vid. VITRINGA *ad Apoc. XII*, 7. *p.* 719. et veteres rabbini explicarunt in *Echa Rabathi fol.* 68. *b.* it. in *Bemidbar Rabba fol.* 271. vnde ABENTANA: conuenientius eſt, inquit, quod de Meſſia ſermo ſit, ſicut expoſuit paraphraſtes Chaldaeus. conf. D. MICHAEL. diſputat. *de nominibus Chriſti hum. naturam deſignantibus* §. 2. *ſeqq.* et RODOLPH. GVALTHERVS in *Zachar. homil.* 6. *p.* 323. *b.* exprimitur hic Chriſti mediatoris officium, qui pro nobis intercedit caet.

d) Vid. GOODWINI geiſtreiche Schriften *ſect. V*, 3. *p. m.* 97. *ſeqq.*

Deo ſacerdos Ebr. V, 8. 9. quam idem cunctis tentatione preſſis commendat aduocatiam Rom. VIII, 33. 34.

§. LXV. Quibus, perpendas velim, fructibus concomitatur largus parens filii in carne adhuc degentis preces? quanta celeritate flagrantior earum odor penetrat caelos! me nullatenus erraſſe puto, ſi dixero, illis ſolis in crucis ara fuſis conuerſionem latronis, centurionis Luc. XXIII, 40. 47. immo ter millium iſtorum Act. II, 41. tribuendam eſſe. O benedictam, o largam ſeminis lacrymarum ſparſi meſſem! lacrymarum, exiſtima, quae ſaepius gliſcentes vindicis iuſtitiae flammas exſtinxerunt. At enim vero quid operari autumamus, quae nunc in gloria ſua ſuis diſertiſſimis labiis effundit, vota? Numquam intermittuntur ea, numquam potentiſſimi huius epiſcopi manus laſſae deprehenduntur, numquam huius vigilis patroni oculi occluſi ſpectantur. Moſis eheu! interuenientis defatigantur brachia eaque debiliora: quid? quod Eli, Ieremias, Daniel, Onias 2 Maccab. XV, 24. caeteri interceſſores diem obeunt ſupremum; verum hic ſemper viuens nec principium nec finem dierum experitur.

§. LXVI. Facile hinc intelligimus, quare ſeruator *pontifex non ſecundum ordinem* Aaronis ſed *Melchiſedeci* cognominetur Ebr. V, 10. c. VII, 11. 17. 21. Pſalm CX, 4. quoniam videlicet illius tranſiens fuit ſacerdotium. Vitam finiit Aaron, Eleazar, Pinehas caeteri. At Chriſtus vices ſuas nec vlli reliquit ſucceſſori. Iſtorum officium vmbra fuit tantum futurorum, *e*) introibant in ſancta manibus aedificata, iſti munere functi ſunt tantum ſacerdotali, nec regio: huic vero Chriſtus, vtrique praefuit, *ſpiritu vnctus prae ſociis abſque menſura* Pſalm. XLV, 8. Melchiſedeco per omnia comparatus *f*) neſcius patris, matris, generis. „ἀμήτωρ in prima fuit ſpirituali natiuitate, „quia ſine officio matris, a ſolo Deo patre generatus eſt. In Se„cunda vero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam ſine patris officio virgi„nali vtero procreatus eſt, vt mediam inter Deum et hominem ſub-

F „ſtan-

e) Legi hic merentur, quae notat ARND. in *pſalm. fol. 614. b.* et AVGVSTINVS de *c. D. lib. 16. c. 22. p. m. 333* : Aaronis ordo fuit auferendus illuceſcentibus rebus, quae illis vmbris praenotabantur; id. ibid. p. 338. quod ad repraeſentiam attinet, ſacerdotium erat imperfectum et temporale. At Melchiſedecus fuit typus Chriſti ſecundum omnes perfectiones ſacerdotii eius. it. LVNDIVS *l. c. lib. 3. c. 25. fol. 521. ſq.*

f) Conf. LVTHER. in *geneſ. c. 14. fol. 169.* nec non SEB. SCHMIDIVS in *Ebr. pag. 768-770.* SPENER. *tract.* von der ewigen GOttheit Chriſti *cap. 1. §. 84.*

„ stantiam gerens nostram hanc fragilem imbecillamque naturam quasi „ manu ad immortalitatem posset educere. Factus est et Dei filius „ per spiritum, et hominis per carnem, id est, Deus et homo „ g) Aaron nomina duodecim tribuum tantum in pectore gessit; verum Christus catholicus audit sacerdos, qui non solius domus Israël, sed omnium omnino ouium deperditarum caussam egit Ies. LI, 12. c. LIII, 6. et, vt breuibus dicamus, quod res est, haud secundum legem leuiticam, vt Aaron, sed alia altioreque plane ratione reconciliationem cum summo Numine reddere debuit, nec vice repetita, verum semel id praestitit.

§. LXVII. Quae quum probe intellexerimus, nullum superetit nobis dubium, quin hanc interpellationem vniuersalem esse, omnesque eam respicere, fateamur. Io. XVII, 9. 21. 1 Io. II, 2. Neminem profecto ea excludit, patrocinatus pro bonis aeque ac malis, pro iustis iniustisue, quos patri sistit. At tamen aliter loquitur pro fidelibus, ac pro mundo, pro illis videlicet, quibus meritum eius non irritum abiit, vt ad finem in fide conseruentur, vt secum vniti maneant Rom. VIII, 34. pro hoc, vt spatium ei ad frugem redeundi relinquatur §. 44. nec in peccandi tramite aeternae tradatur morti Io. XVII, 9. 11. 20. 21. Ies. LXV, 8. 9. Matth. XIII, 27. 30. 47. 49. Quae παράκλησις appelletur *generalis*, illa vero, qua electos commendat, *specialis*; attamen caueas tibi velim, ne vtraque intercessionis species sibi inuicem opponatur.

§. LXVIII. Etenim, vt cum grauissimo theologo nostro, Fran„ zio, verba facere liceat, Christus speciali precationis modo pro „ suis, quamuis interim orationem generaliorem (ipsam quoque se„ riam, sed ob hominum impoenitentiam et euangelii contemptum „ inefficacem) non negarit impiis, vt ex Iesaia et historia passionis „ et Act. III, 15. c. II, 15. ostendi posset. Ergo Christus interpellat „ pro omnibus, etiam pro peccatoribus, vt ad veram fidem conuer„ tantur, modo nimis diabolica impoenitentia, diabolicisque crimi„ nibus aduersus veritatem caelestem tanta intercessione tanti aduo„ cati successu temporis sese ipsos priuare non perrexerint. „ Pessimos quoque misericordia tactus, respicit beneficio hoc eos *in gremium suum collecturus vt pullos gallina* Matth. XXIII, 3. suos autem peculiari fouet cura patri tradens verbis: *en filios! quos mihi dedisti* Ebr. II, 13. eos amare ac contra insidias hostium defendere perge. h)

§. LXIX.

g) LACTANTIVS *de vera sapient. lib. 4. cap. 13.* ita haec exponit.

h) LVTHERVS *tom. altenburg. 6. fol. 237. b.* Das ist der Unterscheid, auf die

§. LXIX. Lubricum profecto mihi quidem videtur argumentum, quod in medium proferunt isti, qui gratiam particularem omni opera contendere audent ex denegatione intercessionis, vt dicunt, pro mundo, quod ipso eius effato suffultum putant *i*) Io. XVII, 9. sed tantum abest, vt plane hic impios maximam mundi partem constituentes excludat, vt pro iis, qui nondum credebant, petat v. 20. 21. „quasi verba faciens: „ iam offero tibi preces, potissimum pro iis, „quos noui, tibi longe carissimos esse (precatur pro omnibus credentibus et alias etiam, licet non in hoc loco pro crucifixoribus) „atque eas quidem preces, quas pro aliis fundere non possum, quibus a te peto, vt largiaris illis constantiam in persecutionibus v. 18. „et fidem ac vnionem mecum perpetuam v. 12. hoc in gratiam solorum credentium petere possum, in quos solos id, quod peto, „cadere potest, non in gratiam impoenitentium et incredulorum, „qui sine dubio eos despicabuntur, conculcabunt et persequentur „v. 14. pro credentibus oro ac praesertim pro discipulis meis, quos „cum mihi peculiari ratione dederis, instar tuorum ipsius habere te „et remunerari, quia me suscepturum ac professi sunt, et praestiterunt mihi ministerium suum, „ oportet *k*) quem enim fugit, nisi hermeneuticae sacrae ignarum, negatiua aduerbia quandoque pro comparatiua particula poni et *non* ἐλλειπτικῶς pro *non solum* fre-

die Weise bittet er nicht für die Welt, wie er für seine Christen bittet. Für die Christen, und alle, die bekehret werden sollen, bittet er also, daß sie bey dem rechten Glauben bleiben, zunehmen oder fortfahren, und nicht davon fallen; und die noch nicht drinnen sind, aus ihrem Wesen treten, und herzukommen. Das heist recht und wohl für die Welt gebeten, wie wir alle bitten sollen. Aber, wie sie ietzt gehet und stehet, weil sie wider das Evangelium tobet und wütet, will er in keine Wege für sie gebeten haben, daß GOtt ihm solch Wesen gefallen oder durch die Finger sehen und gehen lassen. Aber solch Gebet gehet eigentlich nicht wider die Person, sondern wider das Wesen, so die Welt führet und treibet wider GOttes Wort, welches die Person nicht lässet zu Gnaden kommen: als auch wiederum, wenn Christus für seine Christen bittet, so bittet er nicht allein für ihre Person, sondern für ihr Amt und gantzes Wesen. conf. his IO. MICH. LORENZII dissertat. theol. *de intercessione Christi pro mundo. Strasburg.* 1733.

i) IO. IACOB WALDSCHMIDT in der heilsamen Gnade GOttes mit Verwerffung der so genanten allgemeinen Gnade *pag.* 38 *sq.*

k) Non ita sine studio loquimur cum HAMMONDO *in Io.* 17. *fol.* 465.

quenter accipi? *l*) coll. Io. V, 45. c. VI, 27. Gen. XXXII, 28. quis vero inficias ibit, hac ſpeciali oratione ſacerdotali apoſtolos eorumque munerum felices ſucceſſus patri commendare, qua ratione minime pro mundo eiusque actionibus orare poteſt. *m*)

§. LXX. Quod ſi vero in diebus carnis pro piis aeque ac impiis Luc. XXIII, 34. Ieſ. LIII, 12. vota ſuſceperit ita, vt omnia, quae efflagitauit, ei data fuerint Io. XI, 22. qua, quaeſo, efficacia, qua cura in ſtatu gloriae cunctos ducturus erit? Io. XII, 32. et quamlibet nemo, quae ex hoc beneficio redundant, bona digne enumerare queat; quaedam tamen eorum breuibus delibabimus. Generalius aduocatiae iſti adſignamus στέρησιν κακῶν καὶ δόσιν τῶν ἀγαθῶν. Ille enim ea nos liberat a multis malis, ac bene nobis cupit omnibus ſalutis generibus. Ecquis ex tam innumeris curis, plagis atque miſeriis, quibus vita mortalium ſcatet, ſe extricare poſſet, niſi patronus cauſſam noſtram agens ſubueniret nobis? hic meditatur noſtram beatitatem nocte dieque, quae in eo ſolo ſita eſt, ab huius vncti pontificis capite oleum gratiae *n*) in quaeuis membra deſtillat. Multum fateor, ſanctorum preces apud Deum valuerunt, quis vero eorum iisdem aliquid meruit, ſolus Dei filius eſt, de cuius id iure praedicamus interceſſione.

§. LXXI. Haud e re erit, illud aliquo modo ſpecialius contemplari. Primus fructus dicitur iuſtificatio peccatoris, qua duplum comprehenditur, gratuita, puta, remiſſio debitorum, et ſalutaris iuſtitiae condonatio. Vtrumque huic interpellationi tribuitur Rom. VIII, 33. 34. *Quis eſt, qui condemnat? Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, immo vero, qui excitatus, qui quoque ad dextram Dei poſtulans pro nobis.* „Hic Paullus occurrit quaeſtioni praecipue ſumtae ab obie-

„cto

---

l) GLASSIVS *lib. 3. tractat. 5. pag. 488. ſq.* plura in medium profert loca. cum quo conferatur D. LANGIVS von der allgemeinen Gnade GOttes *pag. 89. ſeqq.*

m) LVTHERVS *gloſſ. margin. ad Io XVII, 9.* Ich bitte nicht, daß du der Welt und ihr unglaubiges Fürnehmen und Thun dir laſſeſt gefallen, gleichwie Moſes Num. 16. bittet, daß GOtt ſolte das Opfer Corah nicht annehmen; und Pſ. 59, 6. ſey der keinem gnädig, die ſo verwegene Ubelthäter ſind. Sonſt ſoll man für die Welt bitten, daß ſie bekehret werde.

n) OLEAR. l. c. *artic. 52. pag. 809.* Indem er uns durch ſeine kräftige Vorbitte die Darbietung ſeiner Gnade und Wohlthaten zu Wege bringet, ſo er uns den wahren Glauben ſchencket, und, wenn wir beharren, ewiglich genieſſen läßt.

„ꝺto et cauſſa pauoris. Nam cauſſa pauoris eſt, quod inter affli„ctiones etiam terret nos conſpectus noſtrorum peccatorum, et iu„dicem Deum nobis iraſci. Huic quaeſtioni medetur Paullus, et „oſtendit aliud obiectum apprehendendum eſſe, et ſic argumentatur: „Deus teſtatur ſe nobis eſſe propitium dato filio, et quidem ille aſ„ſidue pro nobis interpellat. Quis accuſabit, quaſi dicat, etiam ſi „ſentiamus, nos indignos eſſe, et adhuc habere peccata, et ingen„tem infirmitatem ac immunditiem, tamen nemo accuſabit aut con„demnabit nos, poſtquam propter pontificem Chriſtum iuſti i. e. „accepti ſumus. Ideo, inquit, Deus eſt, qui iuſtificat h. e. iuſtos „pronunciat: item, Chriſtus interpellat pro nobis, Deus iuſtificat „nos propter interpellantem Chriſtum. *o*)

§. LXXII. Idem memori recolit mente apoſtolus 1 Io. II, 1. 2. qui Chriſtum non tantum dicit ἱλασμὸν hoc eſt, victimam expiatoriam pro peccatis §. 29. ſed etiam παράκλητον iuſtum. ἱλασμὸς vox relatiua eſt, reſpiciens partes laeſi, qui conciliandus, ſummum id Numen erat; et ad interuenientem quemdam, qui debeat auferatque iniquitates. Hoc mediator noſter praeſtitit non exemplo ſuo ſed oblatione, qua ſatisfecit iuſtitiae diuinae, intercesſione vero tribuit nobis asſidua applicatione. Nos profani atque iniuſti, ille vero *iuſtus*, immo iuſtitia ipſa Ierem. XXIII, 6. triplici ratione *iuſtus* appellari poteſt, ob humanae naturae eius innatam iuſtitiam Ieſ. LIII, 12. Luc. I, 35. ob donatam vi vnionis cum diuina Act. VII, 52. ob adquiſitam per ſanctum meritum 1 Pet. III, 18. Iis, qui quondam ſe impuros agnoſcebant lepra, ſacerdotes adire neceſſe fuit Leuit. XIV, 2. qui eos luſtrantes mundos diiudicarunt. Quis inter nos purum quemdam ſpectabit? Nil igitur ſupereſt, quam vt fiducia freti ad pontificem noſtrum accederemus, qui nos purgat ab omni ſpurcitie ad ſqualore Ebr. IX, 14. 15. Act. XV, 9. ſuamque nobis compertit iuſtitiam. *p*)

o) Eximie ſic exhaurit ſenſum MELANCHTON in *Rom. p. 224. 225.* cum quo ſentit CHEMNITIVS *conc. trid. fol. 168. b.* quia Chriſtus ſaluator noſter intercedit et apparet vultui Dei pro nobis, per vitam eius ſeruamur ab ira.

p) THOM. WATSON Ubung der Gottſeligkeit *pag. 268.* Und woher kommt anders unſere Rechtfertigung, denn von der Fürbitte Chriſti? HErr, ſpricht Chriſtus, ſiehe, hie ſind diejenigen, für welche ich geſtorben bin, ſo ſchaue denn ſelbige nach deiner Gnade an, als ob ſie nicht geſündiget hätten, und laß ſie vor dir gerechtfertiget werden.

§. LXXIII. Alter fructus missio spiritus sancti habetur, quam precibus suis ipse tribuit seruator Io. XIV, 16. 26. *Orabo patrem, qui alium paracletum mittat vobis* coll. Io. XVI, 26. Christus autem non solum spiritum s. mittit vt principium, ex quo aeterna processione procedit, sed etiam vt summus sacerdos et caput ecclesiae, a quo oleum laetitiae in omnia corporis mystici membra descendit. q) Haec *est vnctio a sancto illo profecta* 1 Io. II, 20. Missus est *spiritus Christi* Gal. IV, 6. Rom. VIII, 16. die pentecostali Act. II, 2. et vt filius a patre missus ad redimendum; ita spiritus ad sanctificandum, erigendum, consolandum. r) Quam quaeso is efficax erat in apostolis, miraculis edendis, variis donis et linguis! ecce *flumina aquae viuae fluentia! hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum: nondum enim aderat spiritus, quia Iesus nondum erat glorificatus* Io. VI, 39. quod cum factum sit, non cessat orare patrem, vt mittat spiritum, qui sanctificet credentes. O quam necessarium! quam salutare hoc donum! quantas fideles debent grates Domino pro hoc pignore, quo deficiente nec quid? nec quomodo? digne precari possint 1 Cor. XII, 3.

§. LXXIV. Tertius fructus est purificatio cultus nostri. *Nostra iustitia vt pannus maculatus* Ies. LXIV, 6. mundissima θρησκεία maculis scatet redoletque impuritatem, at mixtione εὐωδίας intercessionis seruatoris coram supremo nostra oratio grata redditur. Hoc significatur Apoc. VIII, 34. vbi *angelus alius*, singularis plane et non ex illis septem v. 2. *instructus aureo thuribulo, cui dati sunt suffitus multi, vt offerret cum precibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum*, s) nec denegat firmissimum hoc fulcrum,

q) Plura huc defferit MAIVS *theol. euangel. part. 2. pag. 197.*

r) Funditur nunc spiritus in maiore perfectione et mensura, quam olim siue illuminatione, siue sanctificatione, siue confortatione, siue intercessione, siue consolatione a nobis spectatur. HVLSIVS de *vallibus prophetarum pag. 210.*

s) Wodurch angedeutet wird, daß Christus nicht allein einmal auf dem Altar des Creutzes seinen himmlischen Vater zum süssen Geruch solte aufgeopfert, sondern noch täglich seine Glaubigen bey seinem himmlischen Vater in Kraft seines Leidens und Verdienstes vertrete, derselben Gebet seinem himmlischen Vater fürtrage, und ihm dasselbe angenehm mache. DANHAVER. *lact. cat. part. 4. conc. 23. p. 875. in h. l.* ita quoque VINARIENSES, CHYTRAEVS in *apocalyps.* VITRINGA de Christo interpretantur, nec non PRIDEAVX histoire des Iuifs et des peuples

crum, *t*) quo nostrae preces nituntur, discipulis Io. XVI, 26. Quando vota nostra valde ieiuna pernouimus, adeo, vt luctantes tentationibus exclamare cogamur: *prosternimus nos, o Iehouah, non in iustitiis nostris sed in permultis tuis miserationibus* Dan. IX, 17. 18. omnia desideria ac gemitus accepti euadant in dilecto Eph. V, 1. 2. *per quem accessum habemus ad Deum cum fiducia per fidem ipsius* c. III, 12.

§. LXXV. Ecquid aliud magister discipulus praecipit? Io. XVI, 23. *Amen, amen, dico vobis; quidquid petieritis nomine meo, dabit vobis:* Vt nimirum eius meritum, mandatum, promissio, praeprimis vere intercessio, qua nos ad suspiria fundenda excitat, basis sit vo„ torum nostrorum. „Nullus accedit ad patrem nisi per filium, me„ diatorem, *per quem adductionem habemus ad patrem in vno spiritu* „ Eph. II, 18. Vnde viam et portam se appellat, quia nemo nisi per „ ipsum ad patrem venit. Io. XIV, 6. Nam in quantum filius et „ Deus est, vna cum patre nobis bona largitur; in quantum vero me„ diator est, et pontifex et paracletus, nostras preces ad patrem ad„ ducit. *u*)„ Nos si balbutiamus blaesa lingua, diserte ille loquitur.

peuples voisins tom. 2. lib. 6. pag. 345. l' ange, dont il s' agit ici, est l' ange de l' alliance Christ, notre seigneur, qui intercede pour nous auprés de Dieu, et qui en qualité de mediateur lui offre sans cesse nos prieres.

t) CHEMNITIVS *conc. trid. part. 3. fol. 187. b.* ad gloriam sacerdotii Christi pertinet etiam officium intercessionis, vt scilicet propter intercessionem et merita ipsius exaudiamur, recipiamur, saluemur. GERHARD. *harmon. c. 176. p. 1293.* decem exauditionis precum nostrarum adiumenta, quorum Christi interpellatio praecipuum, nec non IO. ARND. *de vero C. lib. 2. c. 37. (4) pag. m. 280. seqq. cap. 38 (1) pag. 288.* LVTHER. *tom. 2. Ienens. p. 516. tom. 1. p. 314.* Er bittet für uns im Himmel, empfähet unser Gebet, und machts durch sich selbst GOtt angenehm. SPENER. Glaub. Trost pag. 452. Sonderlich ist diese Fürbitte dasjenige, so unserm Gebet die Kraft geben, und die Erhörung zu Wege bringen solle.

u) CYRILLVS in *Io. lib. XI. cap. 7.* LVTHER. *in Psalm. 110. Tom. 7. Ienens. p. 337. b.* Darum sollen wir lernen dieses Priesterthums also brauchen zu unsern Trost und Stärcke durch den Glauben, der da gewiß dafür halte, daß wir wahrhaftig an Christo haben einen solchen Hohenpriester, der sein Wort oder Predigt des Evangelii, das ist, des göttlichen Segens und der Gnaden uns giebt, und damit versichert der

tur. Hic nostrum os! Exod. IV, 11. 14. hic rex! qui praecipit et dat, quo fortius supplicantium argumentum vix datur. Quid? „quod „magnus vniuersae ecclesiae pontifex ipse IEsus vnigenitus „Dei benefragrantem odorem et incruentas et incorporeas hostias pre- „cum ab omnibus laeto vultu et supinis manibus accipiens caelesti „patri et Deo omnium creaturarum offert, primus ipse adorans, et „solus patri dignum tribuens honorem, deinde omnibus nobis pla- „catum munere et propitium precans.„ x)

§. LXXVI. Quocum arcte non minus coniunctus quartus fructus, qui nobis pandit liberum ad thronum gratiae accessum, quo accelerare licet quouis tempore. Haec eadem praestantia magni aestimanda, qua gaudemus in nouo foedere prae illis, qui antiquo vixerunt. Quanto timore tremoreue Israelitae ad faciem Dei appropinquabant, vel potius eam fugiebant perterrefacti vi vocis tonitru! Seruili spiritu Mosi acclamabant: *tu* ceu interueniens *loquaris cum Iehouah loco nostrum* Exod. XX, 19. Moses ipse contremiscit Ebr. XII, 21. Quem fugit, nec Aaroni quidem licuisse quouis die sacrarium ingredi, intra siparium, ante operculum, quod est supra arcam, ne moreretur Leuit. XVI, 2.? illud quoque cum quotannis frequentaret, quanto angore id fecit! verens, ne maiestate Dei in nube perderetur. Quem praeterit, poenam luisse Nadabum atque Abihuum, cum ignem alienum, videlicet non sumtum ex altari ignis, non consecratum contactu altaris et victimarum descensuque ignis caelestis coram Iehouah obtulissent? ignis, scias, ex adyto emicuit, qui eos illico suffocauit Exod. X, 2. Nos vero spiritu filiali

der Vergebung der Sünde und Erbschaft des ewigen Lebens, so er durch sein Opfer uns verdienet und erworben hat; dazu täglich und ohne Unterlaß vor dem Vater stehet, und das Beste für uns redet, und alle unsere Noth für ihm träget, und uns erlanget, was er von ihm bittet; zudem uns solche Macht giebet, daß auch wir in seinen Namen dürfen vor ihm treten und beten, und solch unser Gebet angenehm und wohlgefällig machet, daß es erhöret und ja seyn muß. Was kan uns ein herrlichers und höhers wiederfahren, denn daß wir einen solchen Mann zum Hohenpriester haben, der da ist GOttes Sohn selbst in der Majestät zur rechten Hand GOttes sitzend? und was könten oder wollten wir, so wir selbst wünschen solten, grössers oder höhers begehren, denn einen solchen Mitler und Vorbitter gegen GOtt zu haben?

x) EVSEBIVS *lib. 10. hist. eccl. pag. 112.*

ali imbuti tripudiamus : *Abba*, *Pater* Rom. VIII, 15. Nos velo intergerino rupto ad thronum non iudicii sed gratiae *y*) Ebr. IV, 16. laeti acceleremus.

§. LXXVII. Propius huc adeamus. Sanctum tentorii sanctorum seu pars templi hierosolymitani occasum versus, in qua erant arca ac thuribulum, dicebatur hebraeis דביר oratorium, quod Hieronymus cap. 2. ad Ephes. λαλητήριον nominat, quoniam Iehouah ibi cum summis sacerdotibus loquebatur iuxta illud Exod. XXV, 22. coll. Num. VII. in nouo testamento λόγος ἔνσαρκος semel in sanctum caelum ingressus est, vt pararet nobis aditum liberrimum. *In hoc habemus libertatem et accessum cum fiducia; haec autem est fiducia, quam habemus erga ipsum, si quid postulauerimus secundum voluntatem, nos audiat* 1 Io. V, 14. 15. „Renati in Christo Iesu maiestatis diuinae radios experiuntur iucundissimos, iisque non amplius offendantur, sed contra alliciuntur magis magisque ad parrhysiam et plerophoriam Ebr. IV, 16. c. X, 22. quae quidem gratia vires maiores sensim adfert, si ex euangelicis promissionibus amoris diuini, et reliquorum attributorum splendorem admiremur, fideique ac precum exercitio imbibamus 2 Petr. I, 34. *z*)

G §. LXXVIII.

y) De throno gratiae legi meretur DEYLINO. in *obseruat. sacr. 45. pag. 453.* DANHAVER. *part. IV. lect. cat. conc. 23. p. 808. seqq.* LVTHER. *tom. 6. Ienens. pag. 41. b.* So lehret mich die Schrift, daß GOTT denen Menschen zwey Stüle gestellet habe, einen Richtstul für die, so noch sicher und stoltz seyn, und ihre Sünde nicht erkennen, noch bekennen wollen ; und einen Gnadenstul für die armen blöden Gewissen, die ihre Sünde fühlen und bekennen, für seinem Gerichte verzagen und um Gnade bitten. Dieser Gnadenstul ist nun Christus selbst, sagt Paullus Röm. 3, 25. den GOtt uns gestellet hat, daß wir dazu Zuflucht haben sollen, wo wir für GOtt durch uns selbst nicht bestehen können ; da will ich mich auch zuhalten, wo ich zu wenig gethan, oder noch thue, und mich auf Erden gar nicht davon lassen treiben, es sey Sünde, Hölle oder des Teufels Schrecken. Da soll mein Hertz und Gewissen, GOtt gebe, wie rein und gut es vor den Leuten ist, oder werden kan, alles nichts und kurtz zugedeckt seyn, und darüber geschlagen ein Gewölbe, ja ein schöner Himmel, der es gewaltiglich schütze, und vertheidige, welcher heißt Gnade und Vergebung der Sünden, darunter soll mein Hertz und Gewissen kriechen und sicher bleiben.

z) Venerabilis BREITHAVPT. *thes. lib. 1. c. 3 thes. 3. qu. 3. pag. 38.*

§. LXXVIII. Prae gaudio eheu! hinc tripudiamus: *melior iamiam illuxit spes, per quam accceleramus* ἐν πληροφορίᾳ Ebr. VII, 19. c. VI, 19. qua voce fidem apostolus depingit, quae animae nauim, crucis tempestatibus agitatam ad caelos, tanquam insulas fortunatas, tendentem affigit abysso diuinae misericordiae et ventorum secundorum cum gemitu expectabunda. *a*) Quid hic nobis faciundum? idem edocemur Ebr. IV, 16. *habentes magnum pontificem, qui penetrauit caelos, Iesum filium Dei, accedamus cum fiducia b*) *ad thronum gratiae, vt consequamur gratiam et misericordiam inueniamus ad opportunum auxilium.* Deterret omnino nos peccatum commissum, quo a Deo abigimur; damnat nos Moses ac dictamen conscientiae; pudet nos miseriae nostrae; indigni sumus, caelum adspicere. At enim vero, eo, quo preces abeunt, loco sedet amicus, patronus, cuius ope exaudimur.

§. LXXIX. Plura adhuc debemus huic beneficio. Nullus vti dubito, quin ab hacce intercessione conuersio peccatorum pendeat; sic illi quoque quintus fructus, nimirum perseuerantia fidelium in gratia ac fide tribuenda vid. Io. XVII, 11. 15. Rom. VIII, 34. 27. 1 Cor. I, 8. 9. quibus insidiis obambulans leo sparsum in cordibus nosmen vel eradicare, vel suffocare tentat! at, cum fortior pro nobis, quis contra nos? quoad viatores nos peregrinamur in hac valle miseriae; non desunt scopuli, a quibus nostris gressibus maximum imminet periculum. Quam lubrici passus! quibus testaceis vasibus baiulamus thesaurum! quam cito, quam repente vecto aberramus tramite! En Petrum! petram, inquam! quam strenue dominum iam in mortem comitari sibi constituit! iam quanta infirmitate mentis laborat, vt ad ignem quoque frigeat, immo paene igneis Satanae telis fiducia eius extincta fuerit! Quid vero est, quod eam refocillat, erigit, corroborat?

a) Plura vid. apud DANHAVER. *hodosoph. phaen. 10. pag.* 1379.

b) Graec. μετὰ παῤῥησίας h. e. cum libertate loquendi, Act. IX, 27. 28. c. XIII, 46. Eph. VI, 20. 1 Io. II, 21. sine haesitatione Iac. I, 6. *Syrus* h. l.: sit nobis Ghaliuth Appeh, reuelatio faciei, respiciens morem maiorum, quo rei et capite plectendi facies obuelata erat, quando vero a quodam patrono defensus et absolutus fuit, facie detecta liberius iudicem adspicere ei licuit coll. Esth. VIII, 8. Luc. XXII, 64. Marc. XIV, 65. Psalm. XXXV, 4. 26. BROCHMANN. ad *Ebr. III*, 6. παῤῥησία in praesenti notatur, quo animati non dubitamus in conspectum Dei prodire ac peccata nostra silentio alias inuoluenda ingenue coram ipso confiteri ac vniuersum dolorem in sinum ipsius quasi effundere.

roborat? *intercessi*, inquit seruator, *pro te, ne fides tua deficiat* Luc. XXII, 32. Quod de hoc, et de caeteris argumentari licet. Nec facultas, nec vigilantia, nec oratio nostra nos conseruat, sed prouidentia pontificis nostri suffulcit nos, ne fide excidamus; ita, vt mirandam totius ecclesiae conseruationem vigili huic pastori admetiamur, cuius manibus erectis potentissimis custoditur Io. X, 28. et quam multi electorum ipsi aliquando persoluent grates! Apoc. V, 9. 10. „edocti quibus hostium insultibus erepti fuerint huius cura. „Vt „gloriosum est aduocato vincere causas clientulorum suorum, et „medico sanare infirmum; ita honorificum est Domino Iesu, suos „conseruare et custodire quia est aduocatus noster. *c*)„ Samuelis deprecatione olim victi philistaei 1 Sam. VII, 9. Mosis amalekitae Iudith. IV, 3. Aaronis suffitu summum numen placatum Num. XVI, 12. quid de precibus Christi sperandum? Ebr. VII, 25. ne dicam, quanta huic beneficio hilastico insit vis ad renouationis et sanctitatis studium, quod vide Io. XIV, 16. 17. c. XVII, 17. 19.

§. LXXX. Sextum tantum modo, qui hinc redundat, fructum perstringam. Hic erit absolutio in die iudicii extremo. Quamuis quidem illo filius hominis non tam intercessoris partes, quam iudicis a patre constituti Io. V, 22. suscepturus sit; virtute tamen tunc interpellationis fideles gaudebunt benedictione sacerdotali recreati: *accedite vos, benedicti patris mei* Matth. XXV, 33, hic votum repetet: *volo, vt mecum sint, quos dedisti mihi* Io. XVII, 24. istud erit *tempus, quo auxilium necesse habetur* Ebr. V, 16. certe eos absoluet apparens in tribunali suo, pro quibus bene cupiuit. O intensissimum amorem, qui instar ignis perpetui habendi! nomina in pectore suorum gerit, nec cessat, vsque dum secum vnitos viderit Io. XVII, 9.

§. LXXXI. Equidem nos haud fugit, multos dari doctorum ecclesiae, qui hanc interpellationem in aeternum et post extremum iudicium duraturam, existimant, id quod ex aeternitate sacerdotii eius Ebr. V, 6. c. VI, 20. coniicere volunt, nihil obstare censentes, quo minus Christus patrem perpetuo pro conseruatione beatorum in bono sorte et iugi donorum incremento, quid? quod ad laudes eius amplificandas inuocaturus sit. *d*) Plures autem tamen sunt, qui hoc de valore atque efficacia numquam non cessura huius

 sacer-

c) ALPHONS. SALMERON *tom. 8. tractat. 19. pag. 149.*

d) CALOVIVS *theol. posit. loc. de officio Christi sacerdot. cap. 2. thes. 2. pag. 346.* OLEAR. *c. l. pag. 861.* D. BVDDEVS *instit. theol. lib. 4. cap. 2. §. 40. pag. 822.*

facerdotii intelligere malunt *e*) coll. Ebr. IX, 12. Quo forte vt alio-
rum, ita et fententia PAVLLI EBERI tendit canentis: ein frölich
auferstehn mir verleih, am iüngsten Gericht mein fürsprach sey,
quibus verbis non tam actum, quam virtutem ac fructum intercessio-
nis indicaturus *f*) mihi videtur. „Non enim intercedit Christus
„pro hominibus fingulis diutius, quam ad exitum vsque ex hac vi-
„ta, et obitum, qui namque in fide abeunt, nulla amplius inter-
„cessione in omnem aeternitatem indigent, quippe qui ab omni pec-
„cati periculo prorfus liberi: qui impoenitentes decedunt, non funt
„porro vllius in omnem aeternitatem beneficii et gratiae ex iudicio
„diuino capaces. Sic neque diutius, quam ad finem mundi pro
„toto humano genere intercedit. *g*)

§. LXXXII. Sed quid tandem de bene precatione Christi facer-
dotali addam? fructumne eam dicam precum eius, an partem mu-
neris pontificialis? Tantum fubnectam, illam praecipue in omnibus
gratiæ thefauris adplicandis confiftere, qui nobis ad vitam et aeter-
nam, et hanc neceffarii funt, ita, vt ex plenitudine illius χάριν ἀντὶ
χάριτος capiamus Io. I, 16. Grata quondam iudaei agnouerunt men-
tis teffera, quod Iehouah facerdotem fummum hunc in actum facrum
eligere, dignumque reddere voluerit quaeuis felicitatis bona denun-
ciandi, orantes: benedictus fis Domine, Deus nofter, rex mundi,
qui nos fanctimonia Aaronis fanctificaueris et iufferis populo tuo in
amore bona exoptare. Quid nos agamus memores fummi huius fer-
uatoris beneficii? gaudio perfufis nobis cum Paullo tripudiandum:
*benedictus fit Deus et pater Domini noftri Iefu Chrifti, qui bene pre-
catus nobis omni benedictione fpirituali in caeleftibus per Chriftum*
Eph. I, 3.

§. LXXXIII.

e) LVTHERVS *tom. 4. Alteburg. pag.* 100. 4. Dieſes Prieſterthum währet von der Zeit an, da die Welt angefangen hat, bis ans Ende. Durch dieſen Prieſter haben Adam und Eva müſſen abſolviret werden; ſo auch der letzte Chriſt, der noch gebohren werden ſoll. KOENIG. *theol. poſit pag.* 154. initium intercesſionis huius eſt aeternitas, finis conſummatio ſaeculi eſt. BECHMANN. *exercitat. theol. centur.* 3. *p.* 791. SPENER. *loc. cit p.* 451. §. 3. Alſo währet dieſe Fürbitte des HErrn ſo lange die Menſchen derſelben bedürfen, bis ſie nemlich alle, ſo dieſelbe an ſich kräftig ſeyn laſſen, in der ſeeligen Ewigkeit ſeyn werden.

f) Vid. plura in cantic. HErr JEſu Chriſt wahrer Menſch und GOtt ꝛc. in OLEARII Lieder-Schatz *Part. I. p.* 139. I. C. Wezels *hymnopoeiae P. I. pag.* 199. 200.

g) Ita DANHAVER. *hodoſoph. phoenom.* 8. *p.* 721.

§. LXXXIII. Hic merito benedictus vocatur Pſalm CXVIII, 25. quoniam maledictione nos liberauit, benedictionem autem promeruit huic debemus omnia promiſſa, quae ſuis membris diſpenſat αὐτοκρατορικῶς 2 Cor. I, 20. huic pacem per eum partam adſcribamus Rom. V, 1. in hoc non Iſrael ſolum, ſed omnes gentes benedicuntur Gal. III, 8. 9. 23. Petrus breui ſumma multa comprehendit Act. III, 26. *vobis*, docens, *primum Deus ſuſcitatum filium ſuum Ieſum miſit*, *qui beneprecaretur vobis*, *vnumquemque auertendo ab ipſius ſceleribus*. quae felicitatis conſequendae exoptatio tam ſpiritualis ac caeleſtis, quam corporalis putanda; vtriusque fons Chriſtus eſt. Terra mater noſtra erat maledicta, at benedictum ſemen mulieris auertit execrationem. Nomen eius dulce ſal illud, quo colochintae alias perniciofae commutantur. Notatu omnino dignum duco, quod Ieſus beneprecatus caelum adſcenderit Luc. XXIV, 51. quo procul dubio indicaturus fuit, ſe benedictionem ſuam cuiuscunque generis impoſterum in nos effundere velle.

§. LXXXIV. Quae quum omnia ita ſeſe habent, maximi pretii aeſtumemus illa ſuſpiria. Non mortalis, non angelus Deum inter et homines ſtat. Non Moſes, non Samuel; Sed Chriſtus melioris foederis ſponſor Ebr. VII, 22. mediatoris partes ſubit; non terram, non ſeminis augmentum, ſed ſpiritum, vitam ſempiternam, gaudium perenne promiſſum exhibet nobis intercesſione ſua. *hunc pontificem reſpiciamus* Ebr. III, 1. hoc eſt, eius ſacerdotium diligentius nobis reuocemus immo exemplo veſtigiisque eius inſiſtamus. *Acceſſus ad thronum gratiae* non nudo intuitu ſed aditu mentis viriumque animi expletur. Ipſe virtutum magiſter optimus nobis ὑπόγραμμον relinquens 1 Pet. II, 21. *diſcite*; hortatur, *a me*. Matth. XI, 29. „ſic „Chriſtus ſummus pontifex prius ſeſe ſacrificauit factus omnibus filiis „ſuis exemplum, vt premant veſtigia eius ſacerdotio legis cum omni „cultu ſuo perfectiſſime impleto, per hoc nouum ſacerdotium et cul„tum eius. *h*) Orauit miſericordia, vt oraret miſeria, orauit me„dicus, vt oraret aegrotus, orauit iudex parcere deſiderans, vt reis „indulgentiam quaerat. Inſtiget nos mediatoris et aduocati noſtri „Ieſu φιλανθρωπία et intercesſionis efficacia. Semper is viuit, vt in„terpellet pro nobis. *i*)

h) Ita LVTHERVS *tom. Ien fol.* 445. *b. et fol.* 443. *a.*

i) AVGVSTIN. *ſerm.* 29. *tom.* 10. *p.* 115 MELANCHTON in *Rom p.* 225, eſſet aduerſus pontificatum Chriſti ſi exiſtimaremus, eius intercesſionem irritam eſſe, et ſi noſtram inuocationem non adiungeremus ad eius intercesſionem.

§. LXXXV. Moris antiqui erat, quo, quamdiu Aaron in adytis offerebat, populus foras Deum adoraret Sir. L, 19 - 24. hunc et nos imitemur. Beneficia officiaque arcto inter sese vinculo gaudere solent; beneficia, quae gratiae vires suppeditant manu quasi nos ad officia ducunt. Suauissimum Iesum nostrum haud piget pro nobis patrem compellare, quare nos nostrae salutis caussa id praetermittimus? eius suspiria numquam cessant, cur nostra supprimimus? Quoad vixit in terris, vota eius deuota semper viguere in nostram salutem nec desiderantur adhuc; nos vero pauperrimi preces negligimus, quibus destituti, destituti sumus quouis bono, quod iis consequi possemus, deberemus. Ipse orabat non propter aliquam necessitatem, sed, vt vel precum nobis dignitatem commendaret; oratio est census subiectionis. *k*) Erubescat igitur pigritia nostra! euanescat tepidus languor! rogemus, quaeramus, pulsemus fores caeli et accipiemus, quo gaudium nostrum sit perfectum Matth. VII, 7. 8.

§. LXXXVI. Et quid dicam? verus Christi sectator non pro se, sed et pro aliis preces adolere tenetur. Eadem nisi me omnia fallunt, ratio est, quare nomine *regalis sacerdotii* fideles praedicantur 1 Petr. II, 9. Apoc. I, 6. qui se DEO tradunt, Exod. XIX, 22. Leuit. X, 3. qui offerunt holocautomata spiritualia Deo grata 1 Petr. II, 3. „Hic verus cultus est, in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit *l*) et sicut omnes Christiani dicimus „propter chrisma; sic omnes sacerdotes, quia membra sumus „vnius sacerdotis. Hinc Ebr. IV, 16. κρατεῖν est oppositum as„sensui languido et recessioni ad aliud medium iustitiae; nec id „omne negotium pontifici tribuit, sed et ipsi vt officiosi simus, „deposcit, habet vtique ille peragendi potestatem, si modo nos fue„rimus digni, in quos beneficia conferat. *m*) Potior pars cultus diuini

k) Pie huc GERHARD. *medit. sacr. 24. p. m. 160.* quo cum conf. HERRNSCHMIDT *de peccato acediae p. 10. §. 8. p. 32. §. 11. seqq.*

l) LACTANT. *de vero cultu lib. 6. cap. II, 13. p. 403.* ibid. *lib. 6. cap. 1.* §. *7. 13.*

m) AVGVSTINVS de *ciuitat. Dei c. 20. fol. m. 877.* ORIGEN. *hom. 9. in exod. c. 26. fol. 91.* ad hunc modum homo noster interior Deo pontifex adornetur, vt introire possit non solum in sancta; sed et in sancta sanctorum: vt possit adire propitiatorium, vbi sunt Cherubim, et inde appareat ei Deus. conf. sis huc SPENERI tractat. vom geistlichen Priesterthum; WERNSDORFF. *disp. de regali fidelium sacerdotio.* SCRIVER. Seelen-Schatz *Part. IV. conc. 15. §. 12. fol. 551. sq.* IO. PORST. *theolog. viatorum lib. 4. 52.* Betrachtung.

uini in litandis hoſtiis conſiſtebat ; qualis eſſe iam debet λατρεία λογικὴ noſtra ? *vt ſiſtamus corpora hoſtiam viuam, ſanctam DEO, acceptamque* Rom. XII, 1. *vt offeramus labiorum fructum nomen domini celebrantium* Ebr. VIII, 15.

§. LXXXVII. Tertullianus *n*) de ſe ac caeteris Chriſtiano nomini addictis teſtatur : oramus pro ſtatu ſaeculi, pro rerum quiete. Id quod Paullus et ſuis commendat 1 Tim. II, 1. *adhortor primo omnium fieri deprecationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro quouis magiſtratu.* „Vbi vtitur diuerſis vo„cabulis ad diſtinctas ſubindicandas formas, deprecationes, quibus „rogamus auerti mala : bonorum, quibus indigemus petitiones, „eaeque attentae ; tertio interceſſiones quibus aliorum incolumi„tatem et ſalutem commendamus Deo : gratiarum actiones pro Dei „munificentia, ſiue nobis, ſiue aliis exhibita. Hac vult fieri non „ſolum priuatim, ſed etiam publice. *o)* Huc redit vocatio, huc officium fidelium, quos princeps regum terrae, qui lauit nos per ſanguinem tamquam pontifex, *qui fecit nos reges et ſacerdotes Deo et patri ſuo* Apoc. I, 6. quomodo peragitur digne hoc munus ? „ litabilis hoſtia bonus animus, et pura mens, et ſincera conſcientia. „Igitur, qui innocentiam colit, domino ſupplicat ; qui iuſtitiam, „Deo libat ; qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum ; qui hominem „periculo ſubripit, opimam victimam caedit. Haec noſtra ſacrifi„cia, haec Dei ſacra ſunt, ſic apud nos religioſior eſt ille qui iu„ſtior,, *p*) poſſem hic de pſalmodia ſacra, qua Deus colendus aliquid in medium proferre, cum maneat antiqua ſententia, qui canit, bis orat veriſſima, ſi canatur non modula voce, ſed et deuoto animo. *q*) Poſſem de benedictione fidelium ſacerdotali, qua aliis bene precari iubentur 1 Petr. III, 9. Matth. V, 44. quaedam commentari ; at loci anguſtia excluſi reuertamur ad noſtrum inſtitutum.

§. LXXXVIII. Sicuti in cultu leuitico ne vllum quidem holocau-

n) Apolog. cap. 39.

o) Optime ſic explicat mentem apoſtoli HVNNIVS *commentar: in 1 Tim. II.* cum quo ſis conf. HAMMONDVS *h. l.* et SEB. SCHMIDIVS *coll. bibl. P. III. p. 345. ſeqq.*

p) Nec ita quidem male ſacerdotium Chriſtianorum exprimit MINVCIVS FELIX in *octauio cap. XXXII, z. 3. pag. m. 123.*

q) AVGVSTIN. *confeſſ. libr. 10. c. 33. n. 3.* cum reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad cantus eccleſiae tuae, et nunc ipſo commoueor, non cantu, ſed rebus, qua cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem agnoſco.

caustum Numini summo placuit, quod non respexerit Messiam; ita nec oratio sine Christi merito grata; quae si legitima habenda, tota niti debet seruatoris intercessione. Hoc enim est *nomine eius precari* Io. XIV, 13. 14. coll. Ebr. X, 19-22. c. XIII, 15. cauta nobis hac opus est prudentia, nisi irritae abire debent deprecationes. Iesaias iam c. LIV, 14. idem docet, dicens: *adorabunt te, et in te precabuntur, quoniam in te Deus est, et non est alius Deus praeter te* „non potest igitur ille summus ac singularis Deus nisi per filium „coli. *r*) „ Quondam hierosolymae in templo tantum offerre holocautomata licuit, et quidem ad aram illam, quae cultui huic cruento dicata fuit; in foedere nouo Christus vnica ista ara, qua se suasque hostias offerunt, nisi per eum fit, oblatio Deo βδέλυγμα; nisi per eum creatorem laudamus, hymni vani sunt, precesque ipsae in peccatum euadunt *s*) sese portam, viamque praedicat, qua penetrandam in sancta bona fiducia: reserit caelum, pandit adyta, „ad „eum si properamus consulendi dominum, cito audimus diuinum „responsum. *t*)

§. LXXXIX. At vero tamen haud sufficit monuisse, omnes Christianum nomen profitentes in hoc incumbere studium decere, quem fugit, prae caeteris hoc esse eorum, qui idem nostro cum intercessore suscepere munus, ministros puta ecclesia duabus ministerii sacri officium absoluitur partibus. Altera, qua vices subeat fidelis oeconomi, exponens voluntatem diuinam docendo, adhortando, emendando, consolando; altera, qua pro aliis deuoto mentis cultu Numen compellat Sir. XXXIX, 8. talem se gessit Samuel, qui vt fidissimus internuncius Dei oracula exponens *a me absit*, confessus, *cessando orare pro vobis, docebo vos viam rectam* 1 Sam. XII, 23. Probus iste rex Hiskias cultum Dei verum restituturus sacerdotes aeque ac leuitas ita adloquitur: *agite, filii mei, nolite errare, vos enim elegit Iehouah, vt staretis coram eo, ipsi administrandum, vt sitis eius ministri et thus offeratis* 2 Chron. XXIX, 11. praeconum euangelicae doctrinae proprium manet τὸ *ora*, cum caeterorum sit protege atque labora. Aaronis erat, nomina Israëlitarum in pectore gerere, quid nos decebit? memoria nostra illi, qui nostrae fidei curaeque amandati sunt, numquam excidere debent. Oratio, meditatio,

r) LACTANT. *de vera sapientia lib. 4. c. 30. n. 10. 14. 15. p. m. 326.*
s) AVGVSTIN. *enarrat. psalm. 108. tom. 8. col. 1263. c. coll.* PICTET. *moral. pag. 256.*
t) THOM. de KEMPIS lib. 3. de imitat. 6. 38.

tatio, tentatio facit theologum. Eu prophetas! Ezech. IX, 16. 14. Dan. IX, 19. en apostolos! qui hoc numquam praetermiserunt, ita vt eorum intercessionem quouis fructu fuerit dominus concomitatus 2 Cor. XIII, 7. 9. Eph. I, 16. 17. Phil. I, 4. 9.

§. XC. Stephanus postremum halitum ducens hoc officio pro virili fungitur, pro iis intercedit, qui eum lapidibus obruunt, Act. VII, 59. et quid de istis precibus Augustinus sentit? magni aestimans „eas, „si Stephanus, ait, non orasset, nec ecclesia Paullum ha„buisset.„ Quid dicam de Zacharia? sacerdotii partes subiens coram Deo, templum conscendit suffitus immo preces adoleuit Luc. I, 8. 9. haud ita multo post angelus ad aram sacram stans *noli*, inquit, *timere*, *oratio audita est* v. 11. 13. quid petiit? hariolantur Iosephus et Philo: pro salute populi sui sollicitus de aduentu messiae, summi sacerdotis, qui in eius fratrumue locum sufficiendus, offerre deberet se suamque intercessionem. Priusquam clamauit, respondet Dominus: fiat! en praecursorem filium tuum! en *venit auxilium ex Zione!* Gen. XX, 7. relatum legimus, quod Iehouah regi Abimelech suasor fuerit, vt interpellationem Abrahami prophetae sollicitaret. Idem amicis Iobi consilium suppeditatur, quo orientalis sacerdotis deprecationem quaererent Iob. XLII, 8. tantam vim orationi fidei Iacobus c. V, 14. 15. tribuit, vt adiutus ea aegrotus a Domino erigatur, et si peccauerit, remissa eius debita fuerint. *Rogate*, hortatur itaque, *pro vobismet inuicem*, *quo valeatis; iusti preces multum valent*, *si seriae sint*. v. 16. Idem sibi verbi praecones commendatum habeant, prementes vestigia magistri sui; quippe qui ore ac calamo sueto more profitentur se *intercessores apud Deum*. Faxit numen benignum, vt re ipsa quoque tales simus, quorum se alii precibus dicant. Vtinam memores iugiter essemus gregis *custodes constituti die noctеque non tacentes*, *reminiscentes Iehouae*, *ne sit silentium nobis* Ies. LXII, 6.

§. XCI. Quam longissime autem a recto veritatis tramite aberrassem, si dixerim, mediatoris nostri preces nobis in exemplum tantum esse fusas; certum potius, immo certissimum manet, illas, sicut caetri eius actus, meritorias existere, obtulit eas in suauissimum odorem et adhuc offert. Insana sane vecordia laborant, qui secus sentiunt. Quum pontifex summus veteris pacti pro populo victimas parauit, atque intercessit, num haec cuncta in exemplum peracta putabis? minime, obiicies, sed vt gregem Deo conciliaret. Quid praedicabimus de nostro sacerdote? isne interpellat, vt nobis modo relinquat quoddam illustre praescriptum? absit. Sanctorum nisi

H pre-

preces irritae abierint pro aliis fuſae, ſi Paulli ſuſpiriis omne nauigantes ſuam conſeruationem debeant, quibus interitu erepti Act. XXVII, 24. ſi intuitu fidei non minus quam orationis ſupplicis baiulantium ſanatus fuerit paralyticus Matth. IX, 2. ſi Moſis interceſſione totus populus in gratiam receptus Exod. XXXIII, 17. Quid de efficaciſſima potentiſſimaque aduocatione ſummi Θεανθρώπου contendemus?

§. XCII. Haud denegant alias Sociniani, Chriſtum ducem eſſe beatitatis et poteſtatem nactum, nos ſaluos reddere. *u*) Qui vero, ex iis quaerere liceat, hoc factum? vtrum coactione phyſica, quod inficias eunt; an merito, quod ſacrae pandectae docent, an praeceptis atque exemplo? hoc omnibus viribus euincere ſatagunt. *x*) At, ne ex oraculis diuinis iam argumenta proferam, quibus vanum id ſomnium profligetur, hoc eos tantum monebo: ſi Ieſus nos redimere potuiſſet praeceptis atque exemplo, quid opus fuiſſet eius incarnatione, paſſione, morte aſſiduisque, quibus nobis beneficia compertiret, precibus? Exempla profecto non defuerunt; quanta nos nubes teſtium circumſtat! Ebr. XI, 2. deſideranturne adhuc exempla pietatis, ſanctimonii, martyrii, deprecatorum? rarae, regeris, aues! Dominus ipſe queritur: *quaeſiui virum qui ſepiret ſepem, et ſtantem in fractura coram me pro terra, ne diſſiparem eam* Ezech. XXII, 30. at tamen *nouit ſuos* 2 Tim. II, 19. Vt denique dicam, quod res eſt, nonne turpe dictu foret, ſi quis nugaturus ſit, Aaronem hoſtias ac preces Die magno hilaſtico obtuliſſe, idque egiſſe vt exemplum praeberet ſuis?

§. XCIII. Altioris indaginis hanc rem eſſe, vel Paullus autor eſt, *Chriſtus*, docens, *ſeipſum tradidit pro nobis in oblationem ac victimam Deo in odorem bonae fragrantiae*. Eph. V, 2. quorum verborum ſenſus ex intimis moſaicarum legum arcanis eruendus. Hoc erat boni odoris ſacrificium, ſuper quod oleum fundebatur, Leuit. II, 1. et thus ſimul adponebatur v. 15. cuius odorem ſacerdos adolebat, vt ſit oblatio ignita Iehouae v. 16. thus autem donis ſolum modo adiiciebatur et panibus faciei Leuit. XXIV, 7. mincha ac θυσία talis Chriſtus exſtitit, cuius precum ἐυωδία coram facie patris ceu odor fragrantiæ atque μνημόσυνον adhuc viget. Maioris idcirco pretii id aeſtimemus. *Videte* idem apoſtolus tradit, *quantus hic ſit, cui deci-*

u) Vid. DEMOCRITI Entdeckung pag. 175. 178.

x) Id. im hellen Glantz quaeſt. 83.

decimae dandae! Ebr. VII, 4. 7. *y*) decimae honoris cultusque decentis Ebr. XIII, 15. Io. V, 22 - 27.

§. XCIV. Decima pars cuiuscunque praedae nec Melchisedeco Gen. XIV, 20. nec oblatorum sacerdotibus leuiticis denegata fuit Leuit. II, 10. Num. XVIII, 24. quas decimas nostro nos pontifici, patrono aduocato persoluemus? *eius nomine omnia genua flectantur eorum, qui in coelis, in terra, et sub terra sunt, omnesque linguae „confiteantur, quod ille sit Dominus* Phil. II, 9. „Christus oretur a nobis, vt Deus noster, orat in nobis vt caput, pro nobis vt sacerdos„ *z*) adoratur ab omnibus angelis Ebr. I, 6. a diis Psalm XCVII, 7. eo, quo pater reuerentiae cultu, colendus, cui data est „omnis potestas, honor, regnum Act. VII, 59. c. IX, 14. „orare „patrem in nomine Christi, proposito scilicet ipsius merito et inter„cessione, est inuocare Christum. Ergo est inuocatio sanctorum, „quando oro, vt Deus sanctorum meritis et precibus concedat, vt „in omnibus protectionis ipsius muniamus auxilio.„ *a*) Ara sane Iesu nostri cum numquam vacua diurnis nocturnisque amoris ac precum flammis alatur, quare ignis deuotae mentis erga eum tam facile nobiscum exstinguitur? Leuit. XVII, 13. 1 Cor. XVI, 22.

§. XCV. Debito pro dolor! hoc cultus honore nefandum in morem priuare eum illi allaborant, qui vel denegant plane diuinam eius naturam, validissimum sacrificium, intercessionisque virtutem, vel in dubium vocant. Qua quaeso ratione ii seruatorem digne adorare possunt, qui eum nudum hominem, vel Dei nuntium ac prophetam habent? *b*) et quamuis hi sese, id agere, simulent; attamen aut hypocritae aut idololatrae laruam induunt. *c*) Diuina Christi gloria, gloria inquam, filii Dei vnigeniti, eius merito sufficientissimo,

y) Merito ergo ex his precibus colligit Paullus h. l. Melchisedecum Abrahamo κρέιττονα hoc est, honoratiorem fuisse: nam populus non benedicebat sacerdotibus, vt sacerdotes populo. CLERICVS in *Gen. XIV, 19. p. 128.*

z) AVGVSTIN. ita *in psalm.* 85. scribit, cum quo conf. *Augustan. confess. artic.* 21. *artic. Smalcald. p. 130. et declarat. formul. concord. p. 779. edit.* RECHENBERG.

a) CHEMNIT. *concil. trid. p. 2. fol. 193.*

b) Vid. *Catechism. racou. sect.* 4. *c.* 1. *sect.* 7. *pag.* 175.

c) Hoc dudum animaduerterunt HOORNBECK *adparatu in controuersias et disput. socinianas tom.* 1. *pag.* 74. SCHERZERVS in *colleg. anti-socinian.* et alii coll. D. WALCHII Religions-Streitigkeiten ausser der Lutherischen Kirche *part.* 4. *c. 5.* §. 69. *pag.* 443.

202

tiſſimo, quo interceſſio nititur, ſublato, corruit totus ſalutis ortus. d) O vos omnium miſerrimos! quis vos malo, quis vos perdo. d) O vos omnium miſerrimos! quis vos malo, quis vos perdicie liberabit? quam minime ex conſortio, ſed ex lapſu contraxiſtis Rom. V, 12. quis vobis veniam peccatorum merebitur, meritum cariſſimi ſeruatoris eiusque interpellationis valorem ſi reieceritis? qualė ſupererit, hoc nauci habito, ſacrificium? quamdiu hoc vnicum fundamentum ſalutis iactum non agnoueritis, in Chriſti ſectatorum numero minime recenſeri poteritis. e)

§. XCVI. Nec vero minus eodem cultu ſeruatorem orbant, qui eius in locum vicarios ſufficiunt, angelos, puta, ſanctos ſanctasque, quibus cauſſas commendant, cum tamen ſacerdos noſter nullum agnoſcat. Atro iam notauit lapillo Paullus Coloſſ. II, 18. 23. θρησκείαν τῶν ἀγγέλων, quam ſiue Simoniani f) ſiue Cerinthiani g) ſolebant exercere; et fideles ab angelis creatis ad non creatum manu quaſi ducit c. III, 17. Deo, praecipiens, *et patri gratiarum actionem offerte per ipſum* non per angelos. h) Et quamuis ſuperſtitio haec deinde fuerit reuocata ab ſic dictis angelicis; i) damnata tamen in ſynodo laodicena anno 365. Angelis aeque ac Sanctis honorem non denegamus, k) ſed eum qui ſoli Deo debetur, ſeu cultum religioſum nec eis nec ſanctis relinquimus Matth. IV, 10. Angelos, ſanctos Dei miniſtros adamamus, eorum virtutes ac ſanctitatem admiramur, in quouis angulo angelum reueremur, at mediatores eos habere nequimus, nec ideo adorandi, qui cultus Chriſto reſeruandus.

„Stat

d) AMBROSIVS: filius Dei adſumta carne homo natus eſt, vt mediator Dei et hominum homo eſſet Chriſtus Ieſus; id eſt, non ſine diuinitate, quia in Deo homo erat, et in homine Deus, vt ex vtroque eſſet mediator et vtrumque conciliaret.

e) Vid. omnino CALOV. *ſocinianiſmo profligat p. 28. et 278.* eiusd. *LL. theol. tom. 1. p. 199.* SCHERZER. *colleg. antiſon. diſput. 45. p. 411.* BERND vom hohen prieſterlichen Amte Chriſti *pag. 186. 187.*

f) Vti vult GVIL. CAVEVS *antiquit. apoſtol. in vita Paulli cap. 9. §. 2. p. 196.* et BEVEREGIVS *not. ad concil. laodic. ſynodic. tom. 2. p. 196.* KROMAYER. *theol. polem. art. 4. theſ. 18. p. 300.*

g) Ita cenſente ITTIGIO *de haereſ. ſect. 1. c. 5. §. 5. p. 53.* ex IRENAEI *lib. 1. cap. 20. 25.*

h) Conf. ſis THEODORET. in *Coloſſ. tom. 3. oper. pag. 355-359.* citat. a D. BVDDEO *inſtitut. theol. pag. 430. ſeqq.* et GOTTFR. OLEARIVS *de adoratione Dei patris per Ieſum Chriſtum. Lipſ. 1708.*

i) AVGVSTIN. *de haereſib. cap. 39.*

k) Vid. *articul. Smalcald. p. 310. 311.*

„Stat filius, vt cum Auguſtino loquamur, ad deprecandum pro no„bis, et ſedet ad iudicandum. Semper igitur filius Dei vtroque mo„do inuocandus eſt cum patre ac ſpiritu ſancto, vt Deus dator „bonorum, et vt vnicus mediator miſſus ac intercedens.„

§. XCVII. Ad ſanctorum inuocationem quod attinet, ad eccleſiae annales hic non recurrere libet, anquirens illius originem. Quis enim tam ignarus, quin ſit doctus, opinionem hancce vanam iniquitate temporum ſenſim irrepſiſſe, qua ſanctorum preces, quas poſt mortem pro eccleſia fundant, efficaciſſimas exiſtimaruut. Ita iam Origenes ſibi perſuaſit, caelites vna cum viuentibus in terra Deum adorare, cui adſentit Cyprianus aliique. Et quamlibet hi martyres non adorandos eſſe, immo ab graui hoc errore primitiuum coetum longe abfuiſſe vel Ignatius, Iuſtinus, Athenagoras comprobent; attamen aucta poſthac in dies illorum veneratio, ita, vt iſtorum interpellationem electorum relictis in viuis profuturam duxerint, quorum opera quiduis facile a Deo impetraretur. *l*) Nihil ibi ſupererat, quam, vt perſuaſio accederet, ſanctos preces viuentium audire. Vbi non defuit occaſio, quam praebuerunt patrum quidam, Baſilius, Gregorius, Nyſſenus, Nazianzenus aliique declamationibus ſuis iuſtum paene modum excedentibus, quae alias rhetoribus mortuos ceu praeſentes adloquentibus ſunt ſolemnus. „Figurae hae „mox in litteralem ſenſum detortae ſunt, quod martyrum animae „circa tumulos ipſorum vagari, ibique preces exaudire et miracula „patrare creditae, quod eorum reliquiae quaeſitae, et maiori in „dies cultu exceptae, quod baſilicae, quod oratoria in eorum ho„norem exſtructa, quod feſta ſolemnia ipſis dicata, quod eorum „denique patrocinium et apud Deum deprecationes ſtudioſe ambi„tae, illa degeneris chriſtianiſmi et reuocati velut poſtliminio eth„niciſmi indicia fuere. *m*)

§. XCVIII. Verum enim vero „nobis non ſit religio cultus ho„minum, quia ſi pie vixerunt, non quaerunt tales honores. Non „ſcriptura docet, inuocare ſanctos, quia vnum Chriſtum nobis pro„ponit mediatorem, propitiatorium, pontificem et intercefforem. „Hic inuocandus eſt, et promiſit, ſe exauditurum eſſe preces no-

H 3 „ſtras,

l) Conf. RVDOLPH. HOSPINIANVS *de orig. feſtorum cap.* 6. CHEMNIT. *concil. trident. part.* 3. *fol.* 198. *ſeqq.* et BVDDEVS *inſtitut. theol. pag.* 807. id. *orat. de origine* ἀποθεώσεως *in eccl. romana*

m) Ita ALPHONS. TVRRETIN. *orat. de variis chriſtianae doctrinae fatis p.* 449. *ſeqq.*

„ſtras, et hunc cultum maxime probat. *n*) Vt ad illum vnum beatificum bonum perduceremur, non multis, ſed vno mediatore „opus erat, eo ipſo oſtendens, vtique ad illud non ſolum beatum, „verum etiam beatificum bonum non oportere quaeri alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentionis eſſe moliendos, quia „beatus et beatificus Deus factus particeps humanitatis noſtrae compendium praebuit participandae diuinitatis ſuae. *o*) Ponas, hunc vel illum, ponas, omnes martyres pro te orare, qui tamen deſiderii tuaeque cauſſae ſunt ignari; nonne ſummi mediatoris interceſſio omnes caeterorum antecellit? tanto valore, tanta preces offert omniſcientia, quanta nemo. *Non eſt in alio aliqua ſalus* Act. IV, 12. *nec aliud nomen ſub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Ieſus ſolus patronus, per quem ad thronum gratiae accedamus, ne vllum alium a Deo miſſum putemus; ſtolidi iſti ſalute excidunt, qui ad alium confugiunt, ceu iudaei in Moſis et angelorum *p*) deprecatione fiduciam collocantes.

§. XCIX. Haud quidem ignoro, cultum ſanctorum penula quadam quarumdam diſtinctionum palliatum repraeſentari; ſed abeat infelix diſcriminis foetus infelici conatu excluſus inter λατρείας καὶ δουλείας iam pridem a noſtratibus exploſus! *q*) abeat manca illa partitio inter mediatorem redemtionis et interceſſionis iamdudum profligata; *r*) abeat hinc thronus angelicus, marianus, alias thronus appellationis dictus, quo ab omni grauamine fugiendum ceu ad ſacram aram; abeat thronus reliquiarum fictitius, quo migrandum; abeant omnes iſti imaginarii patroni, qui cauſſas ſuſcipiant. Vnicum thronum gratiae Ebr. IV, 16. vnicum παράκλητον nobis oracula Dei commonſtrant. Eſtne benignisſimus noſter aduocatus durior, rigidior ſanctis? *ad me*, vocat, *venite, neminem eiiciam* Io. VI, 37. eiusne

n) AVGVSTIN. *de vera religione cap. 55.*

o) Idem *de ciuit. Dei ad* MARCELL. *lib. 9. cap. 15. p. m. 851. Auguſtan. confeſſ. artic. 21. p. m. 19. 310. 256.*

p) CHRIST. GERSON in Widerlegung des Jüdischen *Talmuds p. 327.* der Talmud (Berach fol. 119.) und R. Bechai ſchreiben: Der Großfürſt Michael iſt dazu verordnet, daß er täglich für das Volck Iſrael bete, und auf dem himmliſchen Altar für ſie opfere, unter welchen doch andere den Meßiam verſtehen Mekor chaiim fol. 39.

q) CHEMNIT. *conc. trident. part. 3. fol. 196.* DALLAEVS *de cultus religioſ. obiecto lib. 1. cap. 5. p. 19. ſeqq. lib. 3. cap. 33. 34. pag. 540.* AVGVSTIN. *quaeſt. 94. in exod. cap. 9.*

r) CHEMNIT. *loc. cit. part. 3. fol. 188. ſeqq.*

eiusne intercesſio tam manca aeſtumanda, vt aliorum nobis opus ſit? Laetemur, gloriemur, tripudiamus, talem nos patronum apud patrem habere, qui cauſſam agit ſalutis noſtrae! *s*) ſolicita mente!

§. C. Minime vero *hauriemus aquas refocillationis e ciſternis vacuis, mittentes fontem inexhauſtum* Ierem. II, 13. *vnus Deus, vnus mediator Dei hominumque, homo Chriſtus Ieſus, qui ſeſe dedit in redemtionem*, 1 Tim. II, 5. 6. „vbi Paullus non tantum de mediatore „redemtionis loquitur, ſed diſerte et hoc tractat, propter quem „orationes noſtrae Deo acceptae ſint ad ſalutem, propter vnum ſci„licet illum redemtorem, qui ſemetipſum tradidit pretium redem„tionis. *t*) O nos terque quaterque beatos! Ieſus oculus eſt noſter, „quo videamus patrem, ipſe vox noſtra, per quam loquamur ad „patrem, ipſa dextra, per quam Deo ſacrificium noſtrum offera„mus. *u*) Soli huic melioris foederis ſponſori, ſummo noſtro interceſſori, optimo patrono, mediatori millenis aliis longe praeſtantiori ſit laus, honor ac gloria in aeternum,

AMEN.

---

s) AMBROS. de *vita beata cap. 6.* non gloriabor quia profui, neque, quia profuit quisquam; ſed, quia pro me aduocatus apud patrem Chriſtus eſt; ſed, quia pro me eius ſanguis effuſus eſt.

t) CHEMNIT. *concil. trid. part. 2. fol. 188. ſeqq.*

u) Ita quoque AMBROS. *libr. de Iſaac et anima cap. 8. tom. 4. pag. 232.*